



Grodeck

auch in Bd. I von Dlugoss
hist. Pol. Lips. 1711)



#

Adhaerent:

1) Schurzfleisch Lineamenta Sarmatica

2) J. E. Schmidt de Ducibus von der Maas in Polonia inveniendis

3) C. G. Reinhardt Nexus inter Poloniam Saxoniamque.

#

Q. D. B. V.

DE

SCRIPTORIBUS HISTORIAE POLONICAE SCHEDIASMA LITERARIUM,

QUOD

DIVINA FAVENTE GRATIA

PRAESIDE

DN. M. GABRIELE GRODDECK,

P. P. AC REIP. BIBLIOTHECAR.

FAUTORE & PRAECEPTORE AETATEM COLENDO

IN CELEBERRIMO GEDANENSIUM ATHENAEO,

AD DIEM XXVII. JANUARII,

A. O. R. MDCCVII

H. L. Q. C.

PUBLICAE ERUDITORUM ΣΤΖΗΤΗΣΕΙ

SOLENNIORI RITU

SUBMITTIT

AUCTOR

SAMUEL IOACHIMUS HOPPIUS,

Soltquella-Marchicus

DANTISCI, Typis JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII.

cos *GRÆCOS Gerh. Joh.* VOSSIUS & *Bernh.* à MALLINCKROTH; quoad *ROMANOS LATINOSQVE* idem VOSSIUS, *Christoph.* SANDIUS, *Jo.* HALLERVORD, *Martin.* ZEILERUS & *Mart.* HANKIUS, qui & *BYZANTINÆ* historiæ scriptores recensuit; quoad *GALLOS Andr. du* CHESNE sive QUERCETANUS & speciatim quoad Scriptores rerum *BURGUNDICARUM Philibertus de la* MARE, cujus Conspectus Historicorum Burgundiæ prodiit *Divione* 1689. 4; quoad *ANGLOS* & *SCOTOS Guil.* NICOLSON, qui hactenus tres partes Bibliothecæ Historicæ Anglicanæ, & unam Scoticæ edidit *Londini*, 1696. 97. 99. & 1702. *8vo*; quoad *GERMANOS Mich.* HERTZIUS; quoad *HELVETOS Jo. Henr.* HOTTINGERUS; quoad *PRUSSOS Christoph.* HARTKNOCH, Disf. I. de Var. Reb. Prusf. item in Præfat. Chronici veteris & novæ Prusfiæ; denique quoad *INDICARUM* & *AMERICANARUM* rerum Scriptores *Antonius de* LEON PINELLO, Philippi IV. Regis Hisp. quondam Chronographus Indicus, & supremi Indiarum Senatus Referendarius, qui Hispanico sermone publicavit Epitomen Bibliothecæ Orientalis & Occidentalis, nauticæ & geographicæ, *Madriti* 1629 *4to*; de quo vid. *Nic.* ANTONII Bibl. Hisp. T. I. p. 110.

§. III.

Circa Polonicæ Historiæ scriptores desiderata.

Quæ dum animo revolvimus, non possumus non dolere, adeo incuriosos fuisse in rerum suarum Notitia Polonos, cum apud illos etiam plurima lucem viderint, quorum Catalogum locupletiorem texi, interesset publice. Equidem non sine laude hic commemorari possunt *Simonis* STARAVOLSCII Illustrium Poloniæ C Scriptorum Vitæ & Elogia, *Francof.* 16 5. *4to* edita, quemadmodum huc etiam pertinent EJUSDEM Monumenta Sarmatarum, viam universæ carnis ingressorum, *Cracov.* 1655. *fol.* publicata. Non minus memoratu digni sunt *Christoph.* WARSEVICII CC Reges, Sancti, Bellatores & Scriptores Polon. *Romæ* 1601. 8. in lucem emissi. Sic & speciatim Archi-Episcoporum *GNESNENSIUM* seriem, eorumque res gestas edidit *Steph.* DAMALEVITIUS, *Varsav.* 1649. 4. qui etiam Vitas *VLADISLAVIENSIUM* Episcoporum descripsit, editas *Cracov.* 1642. 4. *PLOCENSIUM* Episcoporum Vitas consignavit *Jo.* DLUGOSSUS, in operibus posthumis *Stanisl. Lubienski*, *Antv.* 1643. *fol.* vulgatis, exhibitas; Uti *POSNANIENSIUM* Episcoporum seriem contexuit idem DLUGOSSUS, quam a *Jacobo* BRZEMEZKIO continuatam edidit *Thom.* TRETERUS, Canonicus Varmiens. *Brunsberg* 1604. 4. De Episcopatu & Episcopis Ecclesiæ *VARMIENSIS* opus posthumum *Th.* TRETERI, publicæ luci exposuit *Matthias* a LUBOMIECZ TRETERUS, S. R. M. Secret. *Cracov.* 1685. f. ubi adjectum Chronicon de vitis Episcoporum *VARMIENSIUM*, per *Joannem* PLASTWIG, Decretorum Doctorem, Varm. Ecclesiæ Decanum, conscriptum circa A. M. CD. LXIV. Seorsim quoque prodiit Series Episcoporum *VARMIENSIUM*, cum eorum Insignibus, impr. typis Monasterii *Olivensis*. 1681. 4. Ut taceam *CULMENSIUM* Episcoporum Catalogum, quem contexuit *Christoph.* HARTKNOCH Disf. XIV. de variis Rebus Prusficis. Hæc omnia tamen valde exigua sunt, in quibus etiam nec plena est, nec semper ordinata Auctorum Polonicorum recensio, adeo ut optime de publico mereretur, qui secundum seculorum aut materiarum seriem omnia consignaret, & accuratam simul Prosopographiam Poloniæ ederet.

§. IV.

Quinam hic allegandi.

In hoc defectu non male me collocaturum esse operam existimavi, tam illustris ingenii æque ac gentis Scriptoribus enumerandis, non quidem omnibus: huic enim operi imparem me esse lubens fateor; sed certi tantum generis, nimirum illis, qui descriptionem regni, mores & instituta populi, Regum Virorumque Illustrium res bello paceque præclare gestas commemorarunt. In quo argumento quidem neminem plene hactenus versatum fuisse, persvasus sum, utut compendiaria quadam ratione ac velut in nomenclatura hic aliquid præstiterint *Christoph.* HARTKNOCH, qui Catalogum quorumdam Scriptorum Polonicorum, quibus in concinnando de Rep. Polon. opere usus est, ipsi operi præmisit, ac postea in præf. ad Prussiam Veterem & Novam, itemque in Disf. de Scriptor. Histor. Pruss. ex parte repetiit; & *Nicolaus* CHWALKOWSKI, cujus

jus de Jure publico Regni Polon. Libro, *Regiomonti* 1684. 4. auctius edito, præfixa eſt Sylloge Scriptorum de Rebus Polonicis. Ut non commemorem, qui in Bibliothecis generalibus, Introductionibus in hiſtoriam in genere, aliiſque Libris, ut aliorum, ſic & Scriptorum rerum Polonicarum mentionem injecerunt, quemadmodum LIPENIUS in *Bibl. Philoſ.* STRUVIUS in *Bibl. Hiſtorica*, BECMANUS in *Hiſt. Orb. Terr.* P. 2. c. 8. §. 1. *Ferdin.* NEOBURGUS in *Ephori part II*, & nuper defunctus B. Dn. *Chriſt* GRYPHIUS, Rect. Gymn. Vratisl. quondam celeberr in *Colleg. Hiſtor. MS c.* 10. aliique fecerunt.

Ordo hujus Schediaſmatis.

Totum autem argumentum eo ordine tractabo, ut primo recenſeam *Scriptores geographicos & topographicos*, qui deſcriptionem regionum Poloniæ expoſuerunt; hinc accedam ad *genealogicos*, qui teſſeras ac arma gentilitia indicarunt; quos ſequentur *Hiſtoriæ Civilis & Eccleſiaſticæ Scriptores* cum univerſales, tum particulares; his illos, qui ad *Politiam Jusque publicum & ſingulares materias* ſpectant, ſubjiciemus; & denique *Scriptores Hiſtoriæ Lithuanicæ, Livonicæ* & *Pruſſicæ* enarrabimus.

§. V.

Scriptores univerſales Hiſtorici & Politici in transcurſu nominantur

A *GEOGRAPHICIS* & *TOPOGRAPHICIS* Scriptoribus initium facturus, poſſem quidem commemorare generales quosdam Scriptores, qui uti aliorum regnorum, ita etiam Poloniæ, rerumque Polonicarum mentionem fecerunt, inter quos ex antiquis præter STRABONEM, *Pomponium* MELAM, PLINIUM, TACITUM, PTOLEMÆUM, *Jornandem* ALANUM cum CASSIODORO editum; occurrunt inprimis *Ditmarus* MERSBURGENSIS, *Otto* FRISINGENSIS, *Gottfridus* VITERBIENSIS, HELMOLDUS aliique; Ex recentioribus autem nominandi eſſent: *Raph.* VOLATERRANUS, *Sebaſt.* MÜNSTERUS, *Gerh.* MERCATOR, *Paul.* MERULA, *Abrab.* ORTELIUS, *Pet.* BERTIUS, *Jo.* JANSONIUS, *Nicol.* & *Guil.* JANSONIUS, *Philip.* CLUVERIUS, *Phil.* BRIETIUS, *Jo.* & *Wilh.* BLAEUVII, *Petr. du* VAL, *Joh. Bapt.* RICCIOLUS, *Phil.* FERRARIUS & *Mich. Ant.* BAUDRAND, DN. *de la* CROIX, *Allain* MANESSON MALLET, ROBBIUS, SAMSON d'ABBEVILLE, *Ludov. du* MAY, AUCTOR GALLUS itinerum Hiſtoricorum *Tom.* 8. germanice

manice etiam à perſonato *Talandro* verſus. Hos aliosque Scriptores, in quibus rerum Polonicarum haud infrequens mentio reperitur, prolixius recenſere poſſem, æque ac alios Hiſtoricos generales, itemque Politicos Scriptores, quales e. gr. ſunt *Lucas de* LINDA, *Jo Ludov.* GODOFREDUS, J. C. BECMANUS, *Jo. de* LAET, *Georg.* HORNIUS, *Chriſt.* FUNCCIUS, *H.* CONRINGIUS, *Phil. Andr.* OLDENBURGERUS, *Sam.* PUFENDORF, *Bernhard* ZECHIUS, ſub ficto *Leutholfi* à Franckenberg nomine latens, *Sam.* CHAPPUZEAU, *Jac. Aug.* THUANUS, *Oſeas* SCHADEUS, *Mich. Caſp.* LUNDORPIUS, *J. C.* BULENGERUS, *Georg.* LOHMEIERUS, *Chriſt* WEISIUS ac *Jo.* HÜBNERUS in Quæſtionibus Hiſtorico-Politicis germanice evulgatis, *Ferdinandus* NEOBURGUS in Ephoro curioſo germanice edito part. 2, *Joach.* CUREUS in Chron. & Annal. Sileſiæ, *Alb.* KRANZIUS in Vandalia, *Gabriel* BUCELINUS, *Joh* MICRÆLIUS, *Joh* DUBRAVIUS, *Joh.* BOTERUS, *Hieron.* BRUSONI, *Franciſc.* SANSOVINUS, *Victorius* SIRI, *Petr.* VALCKENIER, THEATRUM & DIARIUM EUROPÆUM, MERCURII, qui in Germania, Gallia & Belgio publicam lucem adſpexere, *Recenſus hiſtoriæ noviſſ.* vernalis & autumnalis, opera *Joh. Burchardi* MAII & aliorum inſtitutus, THEATRUM PACIS, TRUTINA STATUS & INTERESSE PRINCIPUM, aliique.

§. VI.

Scriptores Chorographici e Tomo I. Johannis Piſtorii.

Hos omnes tamen nunc mittam, & ad eos, qui ſpeciatim Poloniam tangunt, propius me accingam. Ubi primum inter Scriptores Geographicos commemorandi illi, qui ap. *Joannem* PISTORIUM, Nidanum, D. Tomo I. habentur; in quo Tomo ſcilicet omnia eſſe dicuntur, quæ ad chorographicam Poloniæ conſiderationem pertinent, utut negari non poſſit, plurimis iſtorum Tractatuum hiſtorica potius argumenta contineri. Tomum hunc cum duobus aliis Autor edidit *Baſileæ* per *Sebaſt. Henricpetri* A. 1582. f. totumque opus appellavit POLONICÆ HISTORIÆ CORPUS, ubi in Tomo I. apparent.

I. *Æneæ* SYLVII, poſt adeptam Pontificis dignitatem PII II. nomen ſortiti, Relatio de Polonia, Lithuania & Pruſſia ſive Boruſſia, in qua tamen Auctorem in Sarmatas aliquanto iniquiorem

rem fuiſſe, quam decebat, quidam obſervant. Hæc Relatio quinque capitibus & tribus foliis comprehenſa, deſumta eſt ex ejus Hiſtoria de Europa c. 25 — 29.

II, *Eraſmi* STELLÆ, *Libanothani*, Libri duo de Borusſiæ Antiquitatibus, quinq; folia implentes, qui jam pridem impreſſi ſunt *Baſ.* ap. *Froben* 1518. f. & præterea comparuerunt in Collectione diverſarum Navigationum & Itinerum à *Joh. Huttichio* facta, cui *Simon Grynæus* Epiſtolam nuncupatoriam præmiſit *Baſil.* per *Joh. Hervagium*, 1536. f.

III. *Alexandri* GUAGNINI, *Veronenſis* Itali, Equitis aurati peditumque in arce Vitepſcienſi Moſcov. Præfecti, Chorographia totius Poloniæ, Lithvaniæ, Pruſſiæ & Livoniæ, foliorum 28. Hæc autem, ſi cum prima nitidiſſima & multis figuris ornata *Gvagnini* editione, quæ typis *Matthiæ Wirzbietæ* ſine adjectione loci & temporis prodiit, & *Sarmatiæ Europææ deſcriptio* inſcribitur, conferamus, à Piſtorio admodum transpoſita eſſe animadvertemus. Nam in laudata editione poſt Epiſtolam dedicatoriam, quæ data eſt *Cracov. anno* 1578, & duo prima Capita, quibus Sauromatiæ Europææ ſitus, gentisq; deductio & origo referuntur, à fol. 7. usq; ad 57. exhibetur Compendium Chronicorum Poloniæ ſecundum ſeriem Regum Poloniæ, à LECHO I. usq; ad HENRICUM VALESIUM, quibus ſingulis præmiſſæ ſunt Vitæ eorundem, carmine elegiaco olim à *Clemente* JANITIO deſcriptæ, quæ apud *Piſtorium* Tomo II. leguntur. Poſt fol. 57. primum ſequitur Poloniæ deſcriptio uſq; ad fol. 79. ſe extendens, quam *Piſtorius* Epiſtolæ dedicatoriæ, & duobus memoratis capitibus, ſtatim ſubjunxit. In antiqua illa editione ſequitur Lithvaniæ Deſcriptio, ſed quæ à fol. 1. usq; ad 22. de Ducibus Lithvaniæ leguntur, *Piſtorius* iterum prætermiſit, qui provinciarum Lithvaniæ deſcriptionem tantum à fol. 22. usq; ad 33. exhibet. Pruſſiæ deſcriptionem, quæ ibi foliis 13. legitur, *Piſtorius* integram retinuit, ut & Livoniæ deſcriptionem, quæ 9. folia implet; Sed omiſit Moſcoviæ Deſcriptionem 47. foliorum, & aliam Tartariæ, quæ 10. foliis comprehenſa eſt. Ad eundem ferme modum hæc divulſa ſunt in alia Collectione Scriptorum rerum Polonicarum

carum, tribus itidem Tomis conſtante, quæ *Francofurti* apud *Johan Wechelum*, impenſis *Sigism. Feyerabendii* Anno 1584. 8. prodiit, & *Alexandri Guagnini* auctoris nomen præſcriptum habet, quaſi is omnium Tractatuum illic inſertorum autor eſſet. Enim vero qui hos tres Tomos obiter ſaltem evolvit, facile deprehendit, non omnia, quæ hic exhibentur, ſolius *Guagnini* eſſe, ſed varia collectanea ex *Alex.* GUAGNINO ſæpe neglecto Autoris nomine, *Chriſtoph.* WARSEVICIO, *Jo.* LASICIO, aliisq; variis Auctoribus, Tomis illis contineri, ita ut pleraq; hujus rapſodiæ jam occurrant in Collectione *Piſtoriana*, ſaltem quod ordo immutatus ſit. Primam *Guagnini* de Sauromatia Europea editionem preſſe ſequitur, quæ *Spiræ* apud *Bernardum Albinum* 1581. f. prodiit, ubi figuræ quoque adjectæ ſunt.

IV. *Martini* CROMERI, Coadjutoris tum temporis ac deſignati Epiſcopi Varmienſis, Polonia ſive de ſitu, populis, moribus, magiſtratibus & Republica Regni Polonici Libri II. à fol. 74. ad 12[?]. qui Autore adhuc ſuperſtite aliquoties variis in locis, inprimis *Colon.* apud *Maternum Cholinum* 1577. 8. & auctius apud eundem 1578. 4. ut & cum *Alb. Kranzii* Vandalia *Francof.* ap. *Vechel.* 1575. *fol.* typis fuêre deſcripti, & adventanti ex Gallia Regi HENRICO VALESIO, a *Stanislao Karncovio*, in finibus Regni oblati: De quo vid. *Epiſt.* M. *Cromeri*, quæ extat L. 1. num. 68. qui numerus tamen manu cuiusdam tantum appoſitus eſt, *Epiſtolarum Carncovii* opera editarum. *Cracov.* 1578. 4*to.* Habentur etiam, ſed omiſſis præfatione & relatione Sacerdotis cujusdam de gente Sileſia, quæ in aliis Editionibus leguntur, in Rep. Polon. *Lugdun. Batav.* 1627. apud *Elzevir.* in 12. excuſa, & in Opere majori *Cromeriano*, *Coloniæ Agrip.* 1589. f. edito, â fol. 480. ad 530.

V. *Martini* à MICHOVIA, Med. Doct. & Canonici Cracovienſis, de Sarmatia Aſiana & Europæa Libri duo, â fol. 121. usq; ad 150. qui excerpti videntur ex Collectione antea memorata, ſcriptorum ſcilicet, quos *Huttichius Hervagio* junctim excudendos dederat, in qua Collectione leguntur à pag. 482. usq; ad 511.

VI. Deſcriptio Lithvaniæ ex Moſcovia *Sigiſm. L. B.* in HERBER-

HERBERSTEIN, à f. 151. usq; ad 157. Hæc autem descriptio reperitur in laudati Autoris Commentariis rerum Moscoviticarum a pag. 103. usq; ad 116. edit. *Basil.* per *Joh. Oporinum* 1556. f. àqua non differt alia ejusdem officinæ, cui annus 1571. præfixus est.

VII. *Pomponius* MELA de Sarmatia, cum Commentariis *Joachimi* VADIANI à fol. 158. ad 163. Hi vero commentarii *Viennæ* 1518. & *Paris.* 1530. f. editi fuerunt. Potuissent autem meliori jure huic Polonicæ Historiæ Corpori inseri, quæ in Epitome trium terræ Partium, *Tigur.* 1534. & 1548. 8. edita, *Joach. Vadianus* Helvetius de Sarmatia retulit. Hæc enim magis ad chorographiam regionis hujus spectant.

VIII. De Sarmatia Commentariolus *Hartmanni* SCHEDELII à fol. 163. ad 165, desumtus ex illius Historia mundi, *Norimb. in fol.* excusa.

IX. *Laurentii* CORVINI Ode saphica de Polonia & ejus metropoli Cracovia, quæ olim prodiit ad calcem Libri, quem Autor inscripsit Hortulum elegantiarum, *Vratislaviæ* per *Conradum Baumgarten de Rotenburg* Anno 1503. 4.

X. *Conradi* CELTIS Carmen ad Vistulam fluvium depromptum ex ejus Amorum Lib. I. eleg. 15.

XI. *Adami* SCHRÔTERI, *Silesii*, Iter Salinarium Sarmaticum.

XII. *Conr.* CELTIS Salinaria. Hæc elegia reperitur in Amorum Lib. I. eleg. 6. Extant autem IV. Amorum Libri cum aliis *Conradi Celtis* Operibus Viennæ absolutis & *Norибergæ* 1562. 4. editis.

XIII. *Jacobi* PRILUSII sive PRZYLUSII, de provinciis & quibusdam Regum diplomatis Tractatus, ex Statutorum Libris, ab illo *Cracov.* 1553. f. publicatis, exscriptus à fol. 171. ad 255. Quæ diplomata præcipuam huius Tractatus partem absolvunt, ad aliam Scriptorum Polonicorum classem potius referenda.

§. VII.

Geographici alii in Pistoriano Corpore non occurrentes.

Enumeratis Scriptoribus in Polonicæ Historiæ Corpore comprehensis, nonnulli alii jungendi videntur, ad chorographicos utiq; etiam referendi. Inter hos est *Stanislaus* SARNECIUS, cujus descriptio veteris & novæ Poloniæ, ut & Russiæ ac Livoniæ, *Cracov.* 1585. f. à *Joh. Sienienio* publicata, ejusdem Annalibus anno 1587. editis, jungi solet. Deinde *Joh.* CRASSINIUS memorari potest, qui dedit nobis Poloniam, *Bononiæ* 1574. 8. vulgatam, cuius tamen verum autorem fuisse *Carolum* SIGONIUM quidam observant. Nostra ætate Regni hujus Choro- & Topo-graphiam exposuit *Simon* STARAVOLSCIUS in Polonia, primum *Coloniæ* apud *Henricum Crithium* 1632. in 24, deinde hic *Gedani* 1652. sumtibus *Georgii Försteri* in eadem forma excusa, atq; hoc argumentum ita plene pariter ac nitide tractavit, ut aliorum industriam longè superaverit, notante *H. Conringio*, qui etiam parvum hunc, sed admodum utilem Libellum tanti fecit, ut eleganti præfatione ornatum, *Wolferbyti* sumptibus *Conradi Bunonis* Anno 1656 in 4. typis iterum publicaret, adjectis Tabulis geographicis & indice rerum locupletissimo. Huic merito jungendus *Andreas* CELLARIUS, Gymnasii Hornani quondam Rector, cujus Novissima Descriptio Regni Poloniæ, Magniq; Ducatus Lithvaniæ, omniumq; Regionum juri Polonico subjectarum, una cum potissimarum urbium iconibus & regni hujus geographica delineatione, *Amstelod.* 1659. 12. prodiit. Equidem *Augustinus* GUDICANUS pariter Poloniam, sive novam Regni Polon. in Aquila, hujus Regni insigni, Descriptionem, *Colon.* 1659. 12. evulgavit; liber tamen ille non admodum magni est momenti, quamvis ab aliis dignus habitus sit, qui in appendice ad THULDENUM P. IV. n. 1. locum inveniret. Nec melius fortassis senserint eruditi de *Joh. Theod.* SPRENGERI Polonia Nov-antiqua, quæ *Francofurti* 1656. 8. evulgata est; ut & de *Joh.* **Tröster** Nido Aquilæ Polonico (**Polnisches Adler-Nest**) germanice cum fig. edito. *Norimb.* 1666. 12. Forte etiam hic reticenda non esset *Auctoris* ANONYMI, qui in Catalogo Bibl. Thuan. T. I. p. 440. *Joh. Demetrius* SALISKOVIUS (corrige SULIKOVIUS) ab aliis vero rectius *Lucas* OPALENIUS esse fertur, Polonia defensa contra BARCLAJUM, *Dantisci* apud *Georg. Försterum* 1648. 4. edita, ubi multa de regionis natura à pag. 1. usque ad 55. certe alibi non obvia, exhibentur, de quo libro tamen infra quædam afferemus.

§. VIII.

Itineraria regni Poloniæ.

Ad pleniorem regni notitiam non parum quoque juvant Itineraria, quale quidem in Germ. lingua nobis dedit *Martinus* ZEILERUS, in descriptione regni Poloniæ & Lithuaniæ, *Ulmæ* 1647. 8. & alia nova descriptione hujusdem regni, ibid. 1657. 8. edita. Latine *Carolus* OGERIUS, cum esset in Comitatu *Claudii* MEMMII, Comitis *d' Avaux*, ad Septentrionis Reges Extraordinarii Legati, Iter Polonicum descripsit, quod cum Danico & Svecico itinere, ut & *Nicol.* BORBONII quibusdam Epistolis prodiit *Lutet. Paris.* 1656. 8. Gallice præter *Jo.* LABOUREUR, de quo infra §. 25. & HAUTEVILLIUM *in Relat. Histor. Poloniæ*, *Paris.* & *Amst.* 1687. 12*mo* edita; nuper demum simile itinerarium exhibuit nobis *Bernhardus* CONNOR, D. Medicus, Regiæ Societatis & Collegii Medicorum Londinensium Socius, qui Epistolas Anglico sermone edidit, in quibus describitur tum antiquus, tum præsens regni Polon. status historicus, geographicus, physicus, politicus & ecclesiasticus. Prodiit ille Liber *Londini* (non *Lovanii*, ut est apud Dn. *Struv. Bibl Hist.* p. 747.) 1698. 8*vo*, ac *Lipsiæ* sequenti Anno recusus, & in germanicum quoque idioma translatus est. Nec negligi hoc loco debent

Tabulæ Geographicæ.

Tabulæ sive Mappæ, ut dici solent, geographicæ regni Poloniæ, quas inter satis curata, ceterisque omnibus melior est, quæ ante septennium & quod excurrit, *Noribergæ* in f. luci publicæ exposita est. Alias non inelegans est Mappa, quæ ap. PUFENDORFIUM in *Hist. de Carolo Gustavo* exhibetur. E Polona gente delineationem regni vicinarumque provinciarum in Tabula dedit *Wenceslaus* GODRECCIUS, quæ *Basil.* prodiit, & ap. CROMERUM in opere majori de Polonia, itemque ap. ORTELIUM reperitur. Recentior est Poloniæ, Ducatus Lithuaniæ, Volhiniæ, Podoliæ, Ukrainæ, Prussiæ & Curlandiæ descriptio per *Justum* DANCKERTS, *Amstelodami* facta, & *Atlanti Minori* nuper inserta. *Gerhardi* MERCATORIS, *Iodoci* HONDII, *Io.* JANSONII, *Io. & Guil.* BLEAUVII, SANSONII, aliorumque Delineationes, quia vulgo notæ sunt, non commemoro. Tabulam vero, quæ ap. CHWALKOVIUM & STARAVOLSCIUM *edit. Conring.* conspicitur, è *Philippi* CLUVERII Geographia desumtam esse, cuilibet eas inter se paulo curatius conferenti patet. Reliquæ, si SANSONIANAS exceperis, mutilæ passim sunt minusque emendatæ.

§. IX.

Genealogica scripta.

A Scriptoribus Chorographicis progredimur ad GENEALOGICOS. Hos inter primum apparet *Ioh.* PISTORIUS, vel quicunque autor est Tabularum genealogicarum, quæ ad calcem Corporis Hist. Polonicæ Pistoriani habentur hoc titulo: *Tredecim regni Polonici mutationes & familiarum, quæ regnum tenuerunt, genealogicæ explicationes, descriptæ ex optimis Auctoribus, & continua perpetuaque successione propositæ in Tabula*: Item *Principum Silesiæ pene omnium et Ducum Massoviæ ac Lithuaniæ Genealogiæ, diligenter magnoque studio collectæ, et ad illustrandam historiam Polon. appositæ a Ioanne* PISTORIO. Deinde *Iodoci Ludov.* DECII, Germani S. Lateran. & Imper. Comitis Regisq; Sigismundi Secretarii, Liber de Vetustatibus Polonorum, & alius de Jagellonum familia, qui *Tomo II. f.* 260. & 284. ap. *Pistorium* habentur, antea quidem *Cracoviæ*, adjecto Libro tertio, de SIGISMUNDI Regis temporibus, 1521. f. editi, huc referri possent, sed libri illi potius historici sunt, quam genealogici, adeoque minus recte ab aliis in hanc classem referuntur, ut factum in *Catal. Bibl. Thuan.* p. 440. Majori quidem, sed si verum dicere volumus, non usque adeo curato opere, quod *Orbem Polonum* inscripsit, genealogias Polonicas illustravit *Simon* OKOLSKI S. Theol. Prof. & Regens studii generalis Leopoliensis Ordinis Prædicatorum Provinciæ Russiæ; de quo sinistra judicia legi possunt in *Ioh. Markewicz Carcere Romano*, ejusque *præfat.* edit. 1666. 4*to*. Constat liber tribus Tomis in *fol.* ordine alphabetico digestis, in quibus omnibus antiqua Sarmatarum stemmata gentilitia & arma insigniaque recensentur. Primus Tomus à lit. A. usque ad lit. K. se extendens, *Cracoviæ*, 1641, secundus à litera L. usque ad lit. R. *ibidem* 1643; tertius à lit. S. usque ad finem *Ibid.* 1645. prodiit. Habetur etiam scriptum Germanicum *Noribergæ*

riberga impressum in *4to.* cui titulus: Polnischer Königs-Stam/ oder Beschreibung des Hertzoglichen Litthauischen Geschlechts/ aus welchem bey fast 300. Jahren her/ zwölff daraus gebohrne oder demselben anverwante Fürsten zu Königen in Pohlen erwehlet worden/ mit Einführung des neu-erwehlten Königes MICHAEL THOMAS KORYBUTT, gebohrnen Hertzogs von Wisniowicz, *etc.* Litthauischer und Polnischer Anverwandten/ auch Stam-Verwandschafft mit allen jetzt-regierenden Potentaten/ Käysern/ Königen und Fürsten. Alias solent allegari *Bartholomæi* PAPROCII opus stemmatum, polonico idiomate sub tit. *Gniazdo Orla Polskiego*, h. e. *Nidi Aquilæ Polonicæ. Cracov.* 1584. f. editum; *Marci* AMBROSII Arma sive insignia regni Pol. *in* 8. vulgata, itemque *Mart.* SCHROTI & *Andreæ* VARGOTII similia scripta, de quibus tamen duobus nihil certi definire possumus, utut de ultimo in *Exercitatione ad Nicol. Chwalkovii Ius publicum Regni Polon.* A. 1685. 4. edita p. 18. seqq. notatum sit, *Andr. Vargotii* nomen ex *Andr. Dargotio*, Vel *Dardotio* aut *Dardozki*, cujus extat Tractatus *de Titulata Nobilitate*, effictum esse. Equidem arborem genealogiarum Regum Poloniæ, Magnatum, Nobilium, Civium, Civitatumque præcipuarum *Erasmus* GLICZNERUS, Augustanæ Confessionis in Polonia Antistes, *Præf. Chronici sui*, aliquando edendam, promisit, sed hactenus quod sciam, hæc nondum lucem adspexit. In hoc tamen argumento forte etiam *Simonis* STAROVOLSCII, Primicerii Tarnoviensis, Monumenta Sarmatarum, *Cracov.* A. 1655. *fol.* nitidissime edita, harum rerum curiosum non parum adjuvabunt. Novissime prodiisse Polonico idiomate Numerum stemmatum Polonicorum & Lithuanicorum, auctore POTOCKIO, 1696. f. à Nobilisſ. Dn. *Valentino* SCHLIEFFIO, Patricio Gedanensi, accepimus, qui præterea varios Tractatus curiosissimos, ex Magnifici Dni PARENTIS Bibliotheca, nobis ad perlustrandum benevole porrexit.

§. X.

HISTORICI UNIVERSALES, *à* Pistorio *T. II. exhibiti.*

CIVILIS HISTORIÆ Polonicæ Scriptores, qui gentis origines, chronica, annales, res bello paceque præclare gestas ipsasque Regum & aliorum Virorum illustrium Vitas consignarunt, porro enarraturi, initium iterum ab illis facimus, quos PISTORIUS *Corp. Hist. Pol. T.* 2. quorum aliqui etiam in Collectione *Francofurtana* habentur, inseruit, ubi occurrunt à f. 1. usque ad 258.

I. *Matthiæ de* MICHOVIA Chronica Polonorum à prima propagatione & ortu eorum, usque ad A. C. 1504. (rectius 1506.) quatuor Libris comprehensa. Quæ Chronica primum impressa sunt *Cracoviæ* per *Hieron. Vietorem* 1521. f. iconibus Regum ornata. In hac editione adjecti quoque sunt

II. *Iodoci Ludov.* DECII de Vetustatibus Polonorum, de Jagellonum familia, deque SIGISMUNDI Regis temporibus Libri tres, qui ap. *Pistorium* reperiuntur à fol. 260 ad 340.

III. Tertium locum occupat *Alexandri* GUAGNINI, Itali, Compendium Chronicorum Polon. secundum seriem & successiones omnium Principum Regumque gentis, a LECHO, primo Duce autoreque Polonorum usque ad Regem HENRICUM VALESIUM, qui tum regno præerat, à f. 341. ad 397. quod in Collectione *Francofurtana* T. 1. p. 49. legitur. Hocce autem Chronicon primum typis *Matthiæ Wierzbietæ* in f. sine adjectione loci & temporis, cum iconibus Regum impressum esse, supra §. VI. n. III. jam notavimus; in qua editione quoque

IV. *Clementis* JANITII Carmina elegiaca de vitis & successionibus singulorum Principum Regumque Poloniæ, quæ ap. *Pistorium* à f. 398. ad 401. seorsim exhibentur, singulorum Regum vitis præmissa sunt, sine auctoris nomine, uti etiam factum est in Collectione *Francofurtana.* Alias hæc carmina seorsim prodiere *Gedani*, 1621. 4. ex recensione *Iac.* GADEBUSCHII sub tit. *Chronici Dynastarum regni Poloniæ*, cui etiam accesserunt carmina in SIGISMUNDUM II. AUGUSTUM, HENRICUM, STEPHANUM & SIGISMUNDUM III, nec non JANITII dialogus in Polonici vestitus varietatem atque inconstantiam, quæ in memoratis operibus non comparent.

V. *Martini* CROMERI de Origine & rebus gestis Polonorum Chronicon Libr. XXX. (non X. ut est ap. *Lipen.* in *Biblioth. Real. Philos.* lit. C. fol. 1221. a. & Dn. *Struv. Biblioth. Hist.* p. 749.) à f. 402. usque ad 833. Hoc opus insigne, quod à primis gentis incunabulis incipit, & ad A. C. 1506. vel si

ſi Orationem in obitum SIGISMUNDI I. addideris, uſque ad A. 1548. extenditur, primum in lucem prodiit *Baſil.* 1555. f. poſt quam editionem duæ aliæ factæ ſunt, ut ex quartæ editionis omnium optimæ & locupletiſſimæ, *Colon. Agripp.* ex officina *Birckmanniana* (poſt autoris obitum, qui A 1586. accidit;) A. 1589. f editæ, præfatione ac dedicatione A. 1586 ad Regem STEPHANUM à CROMERO exarata, apparet, ubi inter alia quoq; memorat Autor, degiſſe ſe tum temporis in aula Imperatoris FERDINANDI, legatione perpetua SIGISMUNDI AUGUSTI nomine, in ſeptimum annum fungentem, maximamq; hujus laboris partem in itinere ſe confeciſſe. Quod hanc ultimam editionem attinet, in illa plurima recognita, nonnulla partim adjecta, partim dempta, partim mutata ſunt. Præcipue vero huic editioni præter orationem funebr. in obitum SIGISMUNDI I. Regis, & duos libros de ſitu, populis, moribus, magiſtr. & Republ. Polon. acceſſerunt, quæ in prioribus editionibus non videbantur, ut ſunt (1. *Bernh.* VAPOVII fragmentum SIGISMUNDI Senioris res geſtas, Cromeri deſcriptione poſteriores, continuans. (2. *Mart.* CROMERI Epiſtola ad Regem, Proceres, equiteſque Polonos in Comitiis Varſavienſibus congregatos. (3. *Philippi* CALLIMACHI de rebus geſtis à VLADISLAO III. Polon atque Hung. Rege Libri tres. (4. *Stanislai* KARNCOVII ad M. Cromerum Epiſtola, de modo & ordine electionis novi Regis ap. Varſaviam habitæ 1573. (5. *Ejusdem ad Henricum* VALESIUM, Polon. Regem deſignatum Panegyricus. (6. in funere D. SIGISMUNDI AUGUSTI Oratio *Iohannis Demetrii* SOLICOVII. (7. Probi & Galliæ ac Poloniæ amantis Viri, ad Gallos & Sarmatas Oratio. 1575. (8. STEPHANI I. Pol. Regis imago, ære ad vivum expreſſa, cum ejusdem elogio & vita, capitalibus literis, unius folii pagina breviter comprehenſa (9. *Reinholdi* HEIDENSTEINII de bello Moſcovitico à STEPHANO I. geſto Commentariorum Libri ſex, qui præterea occurrunt inter *Scriptores rerum Moſcovit. Frf.* 1600. *f* (10. *Chriſtophori* VARSEVICII in obitum STEPHANI I. R. P. Oratio. Acceſſerunt præterea chartæ geographicæ cùm Poloniæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Ruſſiæ, *&c.* tùm Lithuaniæ, Livoniæ & Moſcoviæ, æneis

æneis formis expreſſæ, cum Indice rerum memorabilium locupletiſſimo. Laudatum illud opus ex latino in germanicum ſermonem quoq; transtulit *Henricus* PANTALEON, Philoſ. & Medic. D. Baſileenſis, & *Baſileæ* ap. *Henr. Petri* & *Petrum Perna* edidit 1562. f. Atque hanc ipſam translationem credimus eſſe, quam, cum forte in manus CROMERI incidiſſet, ille ſibi ad perficiendam recognitionem magis etiam calcar addidiſſe, fatetur, in *præf. A.* 1566. ſcripta.

§. XI.

Cromeriani operis de Polonia Epitomatores.

Cromeri Epitomen adornavit *Salomon* NEUGEBAUER a CADANO, in Hiſtoria rerum Polonicarum X. Libris comprehenſa, & uſque ad SIGISMUNDI III. (excluſive) tempora deducta, quæ prodiit *Francof.* ap. *Vechel* 1611, & *Hanoviæ* ap. *Aubrios*, 1618. 4. quæ editio poſterior priori multum præſtat, & in contextu hiſtoriæ Regum longius porrigitur, ut notavit Dn. *Schurzfleiſch. in Diſ.* quæ *Annotata ad res Pruſſorum* exhibet, & *Vitemb.* 1693. 4. excuſa eſt, §. 7. *lit. g.* Similem Epitomen ex *Cromero* fecit *Ioachimus* PASTORIUS *ab* HIRTENBERG, in Floro Polonico, ſive Epitome nova hiſtor. Polonicæ, cujus prima editio *Lugduni Bat.* ap. *Hegerum* 1641. 16. altera *ibid.* 1642. 12. prodiit, quam ſecutæ ſunt *Amſtelodamenſis*, 1664. & *Gedanenſis*, 1679. 12. quæ pleniſſima eſt, & ad Pacem A. 1660. factam extenditur. Quamvis vero idem Autor deinceps quoque Hiſtoriæ Polonæ plenioris duas partes ediderit *Gedani* 1680. & 1685. 8 excuſas, hæ tamen de bellis noviſſimis tantum ſub VLADISLAO IV. & JOHANNE CASIMIRO geſtis agunt, adeo ut ad particularis hiſtoriæ Polonicæ ſcripta referendæ ſint. Hic ultimus liber vero ideo gratus merito Eruditis eſſe debet, quod poſtquam Coſacorum & Tartarorum infanda conjuratio, præcipuam iſtis bellis & calamitatibus anſam ac materiam dediſſet, utrumque hunc populum curatius, quam ante à quoquam factum, Auctor eo depinxerit, ut ſciret melior orbis, quam barbaro flagello plectere hominum peccata, irato Numini placuerit, ut loquitur ipſe Auctor in *præf.* Ceterum Operi iſti poſthumo, ſive parti poſteriori potius, quam

Georg.

Georg. Adamus ab HIRTENBERG, *Joachimi* filius, in lucem dedit, adjecta quoq; est ejusd. PATRIS Differt. philologica de *Originibus Sarmaticis*, qua satis curiosa continentur. Iisdem Cromeri Epitomatoribus accensendus videtur *Jo* HERBURTUS *de* FULSTIN, S. R. M. Secretarius, post Castellanus Sanocensis & Capitaneus Premisliensis, ac Regni Polon. Senator, à *Chwalkovio in Syll. script.* valde laudatus, cujus Chronica sive Historiæ Polonicæ compendiosa ac per certa Librorum capita recens facta Descriptio, in SIGISMUNDI I. exitu desinens, prodiit *Basil.* 1571. & 1615. ac *Dantisci*, 1609 & 1647. *4to.*

§. XII.

Scriptores similes, Cromero antiquiores.

CROMERUM tamen temporum serie præcesserunt alii, inter quos antiquissimus censetur *Vincentius* KADLUBECK, sive KADLUBKO, vel ut adhuc alii scribunt, *Cadlubcus de* KARWOW, Episcopus Cracoviensis, quo tamen Episcopatu se abdicavit, Monachus Ord. Cisterciens. in Cœnobio Andrzejoviensi, studio religionis factus, testante *Okolski* T. II. *Orb. Pol*, in quo post quinquennium obiit A. 1223. Scripsit historiam Polonicam sive Chronicon jussu CASIMIRI JUSTI, qui Seculo XII. Polonis præfuit, ut habet ipse Kadlubko *lib.* 4. *c.* 1. Editus est cum Commentatore suo (qui tempore VLADISLAI JAGELLONIDIS Commentaria illa composuit) *Dobromili*, 1612. 8. ex officina *Joh. Szeligæ.* Rudi illum ac imperito stylo res Polonorum annotasse verius, quam scripsisse indicat *Jo. Herburtus*, *præf. in Chronicon suum*, & ex eo Dn. *Becmanus in Historia Orb. Civil.* & *Geogr. c.* 17. *§.* 1. Multa etiam fabulosa habet, inprimis de antiquitate gentis Polonicæ, adeoque cum judicio probandus, notante *Hartknochio in Rep. Polon. p.* 26. *Cromerus*, eum concise admodum, nonnulla etiam fabulis, ut sibi videtur, quam historiæ propiora scripsisse, asserit in *Ep. Dedicat. ad Sigism. Aug* ap. *Pistor.* T. II. *f.* 402. *Kadlubkonem* in ordine temporis excipit BASKO, Custos Posnaniensis, qui scripsisse fertur Historiam Polonicam A. 1370. tempore CASIMIRI M. Regis, teste *Christoph. Varsevicio, in Catal. Scriptor. Polon.* quæ tamen Historia in MS. tantum habetur, quod ipse *Hartknochius* monet in *Catal. quorundam Script. Polon*, qui non diffitetur, quoties in *Tr. de Rep. Pol.* à se citatur, hoc ex fide aliorum fieri. Post eum *Johannes* DLUGOSSUS (non ut *G. J. Vossius* hoc nomen scribit, DUGLOSSUS vel DLUGOSCHUS, nec ut alii vocant NUGLOSSUS, notante *Hartknochio, præf. descript. Prussiæ Antiquæ & Novæ*) LONGINUS cognomine gentilitio dictus, Canonicus Cracoviensis & postea designatus Archi-Episcopus Leopoliensis, Seculi XV. scriptor, (obiit enim Anno 1480.) memorari debet, cujus Historiæ Polonicæ in tres Tomos digestæ Tomus primus, autoritate & sumtibus *Herbulti Dobromilski* editus, *Dobromili* in officina *Joannis Szeligæ* A. 1615. f. Reliqui duo Tomi adhuc MSS. variis in Bibliothecis asservantur, ut Romæ in Bibliotheca S. Mariæ in Valicella, in Poloniæ quibusdam locis, ac in Urbe hac apud Patres Dominicanos, teste *Hartknochio loc.* antea *alleg.* Mihi certe (quod grato animo hic profiteor) uti aliis in rebus, ita & in hoc argumento Tomos hos MSS. una cum aliis Libris elegantissimis, consulere manibusque terere licuit in Bibliotheca instructissima Magnifici Dn. JOACHIMI HOPPII, COS. & Cameræ hujus Civitatis Reiq; Bellicæ Præfecti longe merentissimi, Patrui omni filiali pietate ætatem prosequendi, quem diutissime salvum florentemque divina præstet Benignitas! Integrum horum Annalium corpus XII. Libris absolvitur, quorum sex priores constituunt Tomum I, qui in anno 1240. definit. Reliqui duo Tomi, qui sex posteriores libros complexi, usque ad A. 1444. quo infelix VLADISLAI ad Varnam cæsi, vitæ exitus describitur, extenduntur. De his autem duobus Scriptoribus, ut & de *Matthia* MIECHOVIO, qui post Dlugossum scripsit, & cujus jam antea mentio facta est, judicat *Herburtus* „in *præf.* l. c. eos quidem diligentia ac fide, in perscribenda historia „singulari, ceterum non eo ordine ac verborum sententiarumq; „gravitate usos fuisse, ut ad exterorum optimis literis exculta „ingenia purgatasque & teretes aures, scripta illorum penetrare „possent. De DLUGOSSO in specie *Cromerus* judicium dedit in *Dedicator. Epist. ad Sigismund. Augustum*, ap. *Pistor.* T. 2. f. 402.

§. XIII.

Continuatores Historiæ Polonicæ post Cromerum

Ubi CROMERUS desiit, *Bernardum* VAPOVIUM *de Rudochonice*, Canonicum Cracoviensem, Regisque Sigismundi I. Secretarium incepisse, adstruit *Chwalkovius.* Enimvero notat *Autor* Anonymus *Exerc. Chwalkovio opposita* p. 20. quod is non inceperit, ubi Cromerus desiit, sed quod Annales scripserit Regni Pol. ab ipso LECHO, h. e. à primis hujus gentis Principibus usque ad A. 1535. quo scribere simul & vivere desiit. Atque „hic politiore quidem eloquio & veritatis indagandæ summo stu„dio usus est, verum cum aut immatura mors, aut negotia reip. „à coepto opere eum revocassent, Fragmentum tantummodo „historiæ nobis reliquit, (notante *Herburto* l. c.) quod cura *Thomæ de* PLAZA, S. Stephani Cracoviæ Parochi & Canonici Visliciens. simul cum aliis historicis scriptis editum fuit. *Colon. Agrip.* A. 1589. f. in officina *Birckmanniana*; idemque plane est cum eo, cujus mentio à nobis facta, §. X. & XV. Minime etiam prætereundus est, ut ab aliis factum esse videmus, *Stanislaus* SARNITIUS, vel SARNECIUS, Nobili genere natus, *Joannis* filius, *Jacobi*, Aulici Regii & ad Scythas, quorum linguæ notitiam sibi comparaverat, Legati nepos, Minister V. D. in Ecclesia Niedzviedensi, notante *Regenvolscio Hist. Eccl. L. III. p.* 413. Hic Annales edidit, sive de Origine & rebus gestis Polonorum & Lithuanorum Libros VIII. *Cracov.* 1587. *fol.* impressos, quibus ab *Asarmoth*, conditore, ut putat, Sarmaticorum populorum, sive ab Orbis Conditi A. 1790. incipit, & in historia rerum post SIGISMUNDUM AUGUSTUM gestarum, h e. A. 1586. desinit. Jam antea autem prodierat ejus Synopsis Annalium Polon. edendorum,. *Cracov.* 1582. 4. Sic quoque *Erasmus* GLICZNERUS, *Ecclesiarum* Aug. Conf in Majori Pol. Antistes, (qui obiit Brodniciæ, 1603, cujusque officia & scripta recenset *Regenvolscius, Loc. cit. p.* 405. qui etiam *Lib. I. c.* 13. *p.* 94. & 95. de eo egit) in animo habuit Chronicon Regum Pol. una cum Origine gentis regnique Polonici, provinciarum, districtuum, familiarumque præcipuarum, Civitatum, *&c.* à LECHO, gentis Rege, usque ad SIGISMUNDUM III. ea tempe-

tempestate regnantem, describere, ut ex titulo & præfatione apparet; Sed hujus Chronici pars tantum extat, quæ ab *Henetis*, Homero etiam memoratis, incipiens, ad ZEMOMISLAUM XVI. & ultimum inter gentiles & dæmonum cultui adhuc deditos, Polon. Regem extenditur, edita *Thorunii* 1597. *4to.* Recentissime *Matthæus* PRÆTORIUS, Præpositus Waiheropolitanus, Historiogr. & Secret. Regius, *Orbem Gothicum* scripsit IV. libris absolutum, & typis Monasterii *Olivensis* 1688. *fol.* editum, quo simul Gothiam, productis ultra Europæ Asiæque terminos in Africam armis, Gothiæ Sarmaticæ acceptam debere originem probare voluit, cujus *Mars Gothicus* postea seorsim quoque accessit, *ib.* 1691. f. exhibens veterum Gothorum, (præcipue Polonorum, sive Sarmatarum) militiam, potentiam, arma, machinas, exercitationes bellicas, acies, castrametationes, leges, stipendia, pœnasque militares &c.

§. XIV.

Libri, quibus Regum Reginarumque Poloniæ Icones vitæque in genere recensentur.

Generalibus Scriptoribus adjungendi sunt, qui succincte omnium vel plurimornm Regum, ut & Reginarum vitas, aut elogia delinearunt, ut fecerunt; (1. *Christoph.* WARSEVICIUS, de quo §. III, qui præterea publicavit Memorabilium rerum & hominum coævorum Descriptionem ab Orbe condito ad A. C. 1585. *Cracov.* 1585. 4, qua res Poloniæ quoque accurate consignatæ sunt: itemque Speculum Analogiæ & metamorphosis aliquot magnatum, seu Cæsarum, Regum & Principum ejusdem generis & nominis Vitarum Parallelarum libros duos, *Francof.* 1608. 8, ubi *lib.* 2. *à pag.* 123. *usque ad* 412. exhibentur vitæ JAGELLONIS Primi, & JAGELLONIS ultimi, nempe SIGISMUNDI AUGUSTI. Cæterum hos Vitarum paralelarum, quo sub titulo communiter allegari solent, libros duos, parum judiciose scriptos, & in regno Poloniæ, sub magna pœna prohibitos, asserit *Keckermannus de nat. & proprietat. Hist. pag* 184. (2. *Arnoldus* MYLIUS, cujus Effigies Principum & Regum Polon. cum Comment. editæ *Col.* 1594. f. (3. *Salom.* NEUGEBAUERUS, qui Icones & vitas Principum ac Regum Poloniæ elegantiss. figuris exornat pub icavit *Francof.* 1620. 4to. (4. *Nic. de*

de CHWALKOWO CHWALKOWSKI, cujus habemus Effata Regum Poloniæ usque ad JOHANNEM CASIMIRUM, *Varsav.* 1694. 4, qui præterea Regum Reginarumque syllabum una cum figuris (forte ex NEUGEBAUERO desumptis) exhibuit in *Jure publico Regni Poloniæ lib.* 1. *c.* 5. (5. Anonymus, qui Vitas Regum Poloniæ cum figuris, germanice excudendas dedit, *Norimb.* 1684. 12*mo.* (6. *Vespasianus a* KOCHOV KOCHOWSKI, qui Hypomnema Reginarum Poloniæ, a suscepto fidei lumine, continua serie ad ELEONORAM, Regis MICHAELIS conjugem, inclusive regnantium, edidit *Cracov.* 1672. 4. (7. *Jac.* THOMASIUS, in cujus *Orationibus varii Argumenti*, oratio XI. agit de Regibus Poloniæ. (8. Series & Acta præcipua Ducum & Regum Poloniæ, in forma Tabulæ. *Varsav.* 1699. *fol.*

§. XV.

HISTORICI PARTICULARES *rerum sub* Vladislao III, Casimiro III, Sigismundo Augusto, & Sigismundo I. *gestarum.*

Præter hos Scriptores universales, nonnulli alii, in PARTICULARI Regum Poloniæ, rerumque sub illis gestarum HISTORIA describenda, fuerunt occupati. Hac ratione *Philippus* CALLIMACHUS, natione Thuscus, Orator & Poëta non inelegans, qui non ad CASIMIRUM M. ut scribit *Chwalkovius*, sed ad CASIMIRUM III. Jagellonidem ex Italia venit, ejusque filiis moderator datus fuit, tribus Libris consignavit historiam VLADISLAI III. Polon. atque Hung. Regis ad CASIMIRUM VLADISLAI fratrem & successorem, qui seorsim 1584. 4*to.* & cum CROMERI Polonia, *Colon. Agrip.* 1589. f. editâ f. 648. ut & inter *Scriptores rerum Hungar.* f. 284. *Francof.* 1600. f. extant. Ejusdem de Clade Varniensi Epist. cum Chronic. Turcico LONICERI T. II. legitur. Qua occasione non possumus non mentionem injicere S. CASIMIRI, Poloniæ ac Lithuaniæ Patroni, A. 1458. Patre CASIMIRO III. Poloniarum Rege nati, cujus prosapia, vita, miracula & illustris pompa in solemni ejusdem apotheoseos instauratione *Vilnæ* A. 1604. instituta, descripta sunt à *Gregor.* SWIĘCICKI, editaque *ibidem eodem anno.* in 4, ubi præterea adjecta sunt *Quirini* CNOGLERI, Austrii, Pompa CASIMIRIANA, VILNENSIUM Eulogia CASIMIRIANA, & Genealogia S. CASIMIRI collecta

à

à *Gregorio* SWIĘCICKIO, Canonico Vilnensi. Similiter *Joh. Ludov.* DECIUS de SIGISMUNDI I. (cui à secretis fuit) Regis Pol. temporibus *Cracov.* 1521. *fol.* fuit commentatus; sed hic Liber percingit tantum ad A. usque 1517. extatque etiam in *Jo. Pistorii* Corp. H. P. Tomo II. f. 297. *Bernhardi* VAPOVII fragmentum, SIGISMUNDI I. res gestas, Mart. Cromeri descriptione posteriores, continuans, reperitur cum *Mart. Cromeri* Polonia f. 531, ut paragr. X. & XIII. diximus. Porro historiam SIGISMUNDI AUGUSTI, magna cum gravitate & judicio pragmatico, stylo item venusto, descripsit *Stanisl.* ORICHOVIUS, Vir celeberrimus, in Annalibus, impressis *Dobromili* 1611. & *Dantisci* ap. *G. Försterum* 1643. 12, cui editioni adjecta est PETRI KMITÆ, Palatini Cracoviensis, vita. Sed in hac posteriori editione nonnulla deprehenduntur omissa ex iis, quæ in editione Dobromilensi inveniuntur, notante *Chwalcov. in Syll. script. Pol.* Verum nec in Dobromiliensi editione tam plena cuncta recensita reperiuntur, uti in MSto exemplari, quod ap. Magnif. Dn. JOH. ERN. v. d. Linde, COS. & Syndic. hujus Civitatis dignissimum, latet, cui hanc aliasque præsentis Schediasmatis observationes plures grato animo debemus. Quod ipsos Annales *Orichovii* attinet, eos plane insignes & magna prudentia conscriptos, qui rarissime inveniantur, vocat *J. Henr. Boeclerus*, vel quicunque Autor est Libri, *Bibliograph. Curiosæ* titulo editi. Fragmentum quoque ex *Simonis* SCHARDII, J. U. D. Historia de Vita & obitu SIGISMUNDI AUGUSTI extat in *Jo. Pistorii Corp. H. P.* Tomo III. f. 64. & in *Guagnini* Tomo III. R. P. in fine; quæ desumta sunt ex *Schardii Epitome rerum gestarum sub Imperatore* MAXIMILIANO II. & habentur Tomo IV. *Rer. German.* f. 181. edit. *Giess.* 1673.

§. XVI.

Sub Henrico Valesio, Stephano Batoreo, Sigismundo III.

Rerum Polonicarum à morte SIGISMUNDI AUGUSTI, quæ anno 1572. contigit, brevem Commentarium scripsit *Jo. Demetrius* SULICOVIUS, Archi-Episc. Leopoliensis, qui prodiit *Dantisci* sumtibus *G. Försteri* 1647. 4. Non minus extant *Reinholdi* HEIDENSTEINII, Secretarii Regii, Rerum Polon.

Polon. ab exceſſu SIGISMUNDI AUGUSTI Libri XII, quos filius *Joh.* HEIDENSTEINIUS SOLLESCIUS, Caſtellanus Gedanenſ. Regi MICHAELI inſcriptos, publico dedit *Francofurti ad Man.* 1672 f. quibus hiſtoriam HENRICI VALESII, STEPHANI BATOREI & SIGISMUNDI III. deſcribit. Optandum autem eſt, ut ipſius, de vita JOANNIS ZAMOSCII, Regni Poloniæ Cancellarii & Exercituum Ducis ſummi, libri tres, quos in MSto ſolum videre mihi licuit in inſtructiſſimo Bibliopolio WAESBERGIANO, in publicam tandem lucem protrudantur. Scripti ſunt illi *Solencii* M. DC. VI. *Kal. Mart.* ut ex dedicatione filio, *Thomæ a Zamoſcie Zamoyski* facta, videre eſt. Speciatim de rebus in electione, profectione & Coronatione HENRICI, R. P. in Gallia & Polonia geſtis egerunt *Stanislaus* RESCIUS, *Romæ* 1573. 4. & *Achilles* STATIUS, *ib.* 1574, citante *Lipenio*, uti quoque *Stanislaus* KARNCOVIUS, Epiſc. Vladislavienſis, de modo & ordine electionis *&c.* A. 1573. habitæ, Epiſtolam ad M. *Cromerum* ſcripſit, quæ extat cum *Cromeri Polonia*, f. 688. Præterea in *Piſtoriano Corp.* T. II. f. 370. & in *Collect. Francof.* T. I. p. 149. occurrit *Alex.* GUAGNINI Tr. de Celeberrimo ingreſſu Cracoviam & Coronatione præclariſſima HENR. VALESII. Sic etiam habemus *Andreæ Maximil.* FREDRO *a* PLESZEVICE, Caſtellani Leopol. & tandem Palatini Podoliæ, Geſtorum populi Poloni ſub HENRICO VALESIO Librum, quem hic *Dantiſci* edidit *Georg. Förſterus*, S. R. M. Bibliopola, de factis heroicis Regum Pol. ab oblivione vindicandis, inſigniter meritus, A. 1653. 4, recuſum apud eum A. 1660. 12. Incipit vero ab A. 1572. & in A. 1576. deſinit. Quæ poſterioribus annis à STEPHANO BATOREO in Livonia contra Moſchos fortiter feliciterque geſta ſunt, eleganter deſcripſit *Reinh.* HEIDENSTEINIUS in libris VI. Commentariorum de Bello Moſcovitico STEPHANI Regis Pol. *Cracov.* 1584. f. & *Baſil.* 1588. 4 editus, qui & in *Cromeri* Polonia, f 733. & inter *Script. Rer. Moſc.* habentur, ac præterea germanice ſtudio *Henr.* RÆTEL redditi, prodiere *Gorlicii* 1590. 4. Sed ſex iſti Libri non differunt ab iis, quæ in majori opere Rerum Polon. ab exceſſu SIGISMUNDI AUG. lib. 3. 4. 5. & 6. continentur. Separatim prodiit Hiſtoria Rerum

à

à Poloniæ Rege in Moſcovia ſuperiori anno fortiter & feliciter geſtarum, ut & Narratio de bello Perſico, 1581. 4. ubi in fine libri appoſitum eſt nomen *Wenceslai* BUDOWITZ à BUDOVA. Cui addi poteſt Supplementum rerum inter Eum & Moſchum Ao. 1579. geſtarum ex hiſtoria *Alex.* GUAGNINI, quod extat in *Jo. Piſtorii Corp. H. P.* Tomo III. f. 114. & ap. *Guagnin.* T. I. p. 212; nec non ipſius STEPHANI Epiſt. ad ordines regni Polonici de rebus a ſe in bello adv. Moſchos A. 1579 geſtis, ap. *Guagn.* T. 1. p. 357. Nec negligi debent D *Laurentii* MÜLLERI, Conſiliarii Curlandici, Hiſtoriæ Polonicæ, Livonicæ, Moſcowiticæ & aliæ, germanico ſermone fideliter deſcriptæ, & primum *Francof.* A. 1585 4. deinde *Lipſ.* 1606. f. editæ, quibus bella STEPHANI imprimis in compendio recenſentur.

§. XVII.

Sub Sigiſmundo III. & Vladislao IV.

Genealogiam SIGISMUNDI III. Polon. atque Sveciæ Regis, edidit *J.* MESSENIUS, Svecus, Regique dedicavit, *Dantiſci*, 1608. 8. Sed magis Hiſtoriam hanc illuſtrant ea, quæ habentur in *Stanislai* LUBIENSKII, Epiſc. Plocenſis, (qui obiit 8. Idus April. A. 1640. æt. 67.) Operibus poſthumis, ab Exſecutoribus teſtamenti *Antverp.* ap. *Jo. Meurſium*. 1643. f. editis, ubi inter alia habentur (α) Profectio Regis in Sveciam, cum poſt mortem JOANNIS, Sveciæ Regis, Parentis ſui, hereditarium regnum capeſſeret, fol. 1. (β) De motu civili in Polonia, qui A. 1606. coeptus eſt, & ad A. uſque 1608. perduravit, Libri IV. f. 22—153: quem notabilem motum (à Polonis *Rokoſz* dictum) Italico etiam ſermone deſcripſit *Alexand.* CILLI, in Hiſtoria motus civilis, A. 1606. 1607. 1608. in Polonia facti, *Piſtoiæ* 1627. 4. ex quo verba quædam repetit ac illuſtrat *Bailius*, *in Reſponſ. ad quæſt. cujusd. Provinc.* T. 1. p. 613 (γ) *Stanislai* ZOLKIEVII, Generalis Exercituum R. P. Ducis, de Bello Turcico Epiſtola, ab Auctore in latinum verſa, ubi magnus ille Senex imminentem ſibi exitum haud obſcure præſagit, f. 185—187. (δ) Epiſtola nomine SIGISMUNDI III. ad GREGORIUM XV. ſcripta, continens narrationem belli Turcici ad Chocimum

geſti

gesti, f. 187—90 (ε) Narratio de eodem bello Imperatori FERDINANDO II. facta, f. 190—93. (ζ) Querela & dissertatio de statu rerum Polonicarum ac militari confœderatione, quæ 1622. accidit, f. 193—202. De his *Stanislai* LUBIENSKI operibus posthumis obiter notamus, quod in nonnullis, & quidem rarioribus exemplaribus aliqua occurrant, quæ in aliis castratis exemplaribus non reperiuntur. Extat quoque Narratio de Polonica electione in Comitiis Varsaviensibus Anno 1587. acta, & quæ secuta sunt usque ad Coronationem SIGISMUNDI III, 1598. 4. Verum propius ad SIGISMUNDI hujus ejusq; successoris VLADISLAI IV. historiam faciet *Paulus* PIASECIUS, Episc. Premisliensis, cujus Chronica gestorum in Europa singularium, ab A. 1571 inchoata, & in A. 1645. desinentia, primum *Cracov.* 1645. f. deinde secunda editione auctiora, & ad A. 1648. continuata, ibidem *Cracoviæ* in officina *Franc. Cæsarii* A. 1648 f. impressa, & tandem in *Belgio* sine die & consule recusa sunt, ubi etiam observationes ad quædam loca hujus Chronici, in quibus Autor de rebus Gallicis & Belgicis tractans à veritate nonnihil aberravit, ad calcem operis in quibusdam Exemplarib⁹ postremæ editionis adjectas videre licet. In hoc Scriptore, alias satis judicioso, non solum eo statim tempore, quo opus in lucem ediderat, præsertim ex Polonis plurimi, in rebus Polonicis quædam desiderarunt, uti apparet ex variis judiciis, hinc inde obviis, & in MS. tantum extantibus, qualia benevole ad legendum nobiscum communicavit Magnificus Dn. FRIDER. GOTTLIEB ENGELCKE, Inclutæ hujus Reip. COS. Ærarii Provisor, Scholarumque Curator, de officiis singulis optime meritus, Patronus observantissime colendus; sed etiam postea nonnulli exterorum scriptorum, fabulis indulgens Auctoris ingenium, fidem non ubique integram, & de aliarum nationum ac religionum hominibus nimis sinistrum judicium reprehenderunt. vid. *Hartknoch. de Rep. Pol.* L. 1. c. 2. p. 33. Dn. *Beeman in Histor. Orb. Terr. Geograph. & Civil. Part.* 2. *c.* 8. §. 1. *pag.* 676. & Autor *Bibliogr. Curiosæ tit. Moscov. Russ. Polon. &c.* Porro res auspiciis SIGISMUNDI gestas exponit atque illustrat *Stanislaus* KOBIERZYCKI, Castellanus Gedanensis, postea Palatinus Pomeraniæ, in Historia VLADISLAI PRINCIPIS, Libris XI. nitidissime consignata, sive de ejus ante Regiam dignitatem rebus gestis, *Dantisci* apud *Georg. Försterum* 1655. 4, quam *Conringius* in *Scholis Historic. MS.* Livianum candorem & ubertatem exprimere, rectissime judicat, notante B. Dn. GRYPHIO, in *Colleg. Historico MS.* supra laudato, c. 10. §. 5. Optandum modo foret, ut Vir illustris eodem habitu VLADISLAUM REGEM (uti quidem recepit in *Epistola dedicat. ad Leonem* SAPIEHAM, *M. D. L. Cancell.*) nobis dedisset, sed fato, ut opinor, præventus hanc laboris partem non absolvit. Ceterum à *Chwalkovio* adhuc laudantur *Stanisl.* ZOLKIEVII Comment. belli Moscovitici sub SIGISMUNDO Rege; Item *Joh.* TARNOVII, & *Car.* CHODKIEWICII Rerum cum Sveco, Mosco & Turca gestarum libri, lingua ipsis vernacula scripti, qui tamen typis non sunt editi. Speciatim famosam illam SIGISMUNDI III. contra Turcas expeditionem, cui VLADISLAUS quoque interfuit, exposuit *Joh. Innocentius* PETRICIUS, Medicinæ D. & Professor ac Historiographus in Academia Cracoviensi, cujus Rerum in Polonia ac præcipue belli cum Osmanno, Turcarum Imperatore, gesti finitique A. 1620. & 1621. Historia, prodiit primum *Cracov.* 1620. in 4*to*, gesta primi tantum Anni 1620. exhibens, deinde plenius *ibid.* 1637. f. Eandem Expeditionem stylo plane lacteo ac florente descripsit *Jacobus* SOBIESKIUS, olim ad Chotinensem expeditionem ab Equestri Ordine designatus belli pacisve Arbiter, (Commissarium dicimus) post autem Castellanus Cracoviensis, primus regni inter profanos Proceres Senator, & quod his titulis longe majus est, Divi JOANNIS III. Pater, Libris tribus Commentariorum Belli Chotinensis, quos à tineis & blattis vindicatos, primus in scenam literariam produxit *Georg. Försterus*, & *Dantisci* typis, ut consvevit, venustissimis tantoque scriptore dignissimis, A. 1646. 4. publicavit. Nominanda hic quoque erit *Samuelis* KUSZEWICZ Legatio Zbaraviana & rerum apud Ottomanos 1622. gestarum series, *Dantisci* ap. *Georg. Förster.* 1645. 12. excusa. Quod VLADISLAUM IV. (qui A. 1632. imperii summam capessivit) attinet, de ejus Gestis opus in duas partes

tes distinctum conscripsit, eidemque viventi nuncupavit *Everhardus* WASSENBERGIUS, *Embricensis*, Historiographus Regius, qui in prima parte, III. Libris constante, VLADISLAUM PRINCIPEM; in altera, totidem Libris, REGEM panegyrice repræsentat. Opus hoc prima vice *Gedani* typis *Hünefeldianis*, A. 1641. 4, deinde iterum *ibid.* 1643. in 4. prodiit, quæ editio licet in titulo dicatur auctior atque correctior, nihil tamen præter adjectam tabulam obsidionis Smolenscensis, in ea mutatum deprehendas, paginas quoque in utraque editione sibi mutuo correspondere animadvertes. De VLADISLAI IV. Extremis, libellum *Joach.* PASTORII mox plenius allegabimus.

§. XVIII.

Sub Joanne Casimiro.

JOHANNIS CASIMIRI Vita gallice primum edita, mox in germanicum sermonem versa prodiit *Noribergæ* 1680. 12. Illius *Carcerem Gallicum* conscripsit memoratus WASSENBERGIUS, qui liber prodiit 1645. 4to. De Consanguineis ejus proximisque Agnatis extat plenaria informatio, stylo germ. contexta in *Append. Diar. Europ.* P. XIX. p. 69. seqq. Sed majori agmine infelix illud & calamitosum regimen, quod XXI. anni componunt, literis mandavit *Vespasianus* à KOCHOW KOCHOWSKI, Tribunus terræ Cracov. generalis & Historiographus, Phœnix literatorum nostræ ætatis, ut eum appellat B. D. SCHULTZIUS, *Tr. de Polon. nunquam Tributar.* Ejus tres Annalium Poloniæ Climacteres (à *Viro militari stylo quidem satis aspero, sententiis tamen eximiæ prudentiæ plenis commendabili, scripti*, quæ verba sunt Dn. GRYPHII in *Coll. MS.* c. 10. §. 5.) *Cracov.* 1683. 1688. & 1698. *fol.* editi sunt, quorum primus Ukraynense cum Cosacis bellum ab A. 1648. usque ad 1655, sive res primo septennio gestas, totidem Libris complectitur; alter bella cum Svecis, Moschis, Transylvanis, aliisque ab A. 1655 ad 1661. gesta, aliis septem Libris exhibet; Tertius ab A. 1662. civiles motus & interna Reip. dissidia, usque ad punctum Abdicationis JOH. CASIMIRI Regis, A. 1668. factæ, enarrat, septemque itidem Libris absolvitur. Ejusdem regiminis historiam, bellaque varia, præter Autorem NOVI FLORI POLONICI, germanice editi *Norimbergæ*, 1666. 12, illustrat *Joachimus* PASTORIUS in Bello Scythi-

Scythico-Cosacico, qui liber *Dantisci* 1652. 4. ap. *G. Försterum* prodiit, & in Histor. Polona pleniori, sive de VLADISLAI IV. Regis extremis, secutoque inde Interregno, & JOHANNIS CASIMIRI Electione ac Coronatione, interserta Cosacorum & Tartaricæ simul gentis descriptione, quæ *ib.* 1680. & cum Parte posteriore de Regis hujus Expeditione Zboroviana & Beresteciana, profligatoque ibid. Chano Tartarico, ac Chmelnicio Cosaco, 1685. 8. procurante dicti *Pastorii Filio*, (ut supra §. XI. jam notavimus) in lucem emissa est. Eundem etiam Autorem fuisse putamus Relationis gloriosissimæ Expeditionis, victoriosissimi progressus & faustissimæ pacificationis cum hostibus Seren. JOANNIS CASIMIRI, sine Autoris nomine editæ 1649. 4: quo tempore etiam prodiit Obsidio Zamoscana à Cosacis facta, & a *Io.* BYTOMSKI, Prof. exhibita *Zamoscii* 1649. 4. Ad notitiam hujus belli faciet quoque *Alb.* VIMINÆ, *Bellunensis*, Hist. bellorum civilium Poloniæ, sermone hetrusco exarata, & *Venet.* 1671. ac cum Annotat. *Jo. Bapt.* CASOTTI *ib.* 1678. 4. excusa, ubi Polonorum vitia liberrime carpuntur, multaque leguntur, quæ alibi non invenies. Eodem sermone descripsit has turbas *Majolinus* BISACCIONI in Hist. bellorum civilium, *Venet.* 1655. 4. quarta vice edita, a pag. 272. ad 397, qui tamen interdum veritati non satis litasse videtur, monente Dn. GRYPHIO, *loc. cit.* §. 5. Similiter huc pertinet Relatio gloriosiss. Victoriæ JOHANNIS CASIMIRI, R. P. de HANO CRIMENSI, rebellibusque Cosacis ei fœderatis, die 30. Junii 1651. apud Beresteczho obtentæ, impressa *Varsaviæ* dicto anno in 4; nec non Autor Tractatus, qui inscribitur: RES IN LITHUANIA GESTÆ per tempus rebellionis Rusticæ, impr. *Regiom.* 1653. 12mo: Item *Johannis* ZIELENIEVICII memorabilis victoria de SZEREMETHO, armis JOHANNIS CASIMIRI, P. R. ad Cudnoviam reportata. *Cracov.* 1668. 12. Juvabunt etiam hanc historiam duo Autores Anonymi Galli, quorum unus Historiam belli Cosacici, *Paris.* 1663. 12, alter, qui forte est LINAGE de VAUCIENNES, ut eum vocat *Bailius*, *in Resp. ad Quæst. cujusdam Provinc.* T. I. p. 614, Causas tumultus Cosacici edidit *Paris.* 1674. 12. Quibus Polonicæ linguæ usus est, non sine voluptate legent Maronis Poloni,

(hoc

(hoc enim nomen promeruit) *Samuelis* SKRZYPNO TWARDOWSKI Carmen, trochaicis versibus decantatum, & in IV. Libros divisum, de Bello domestico Kosaco-Tartarico-Moscowitico, dein Sveco-Hungarico seu Transylvanico per duodecim annos, regnante Seren. JOH. CASIMIRO, Pol. Rege, gesto, *Calisii*, 1681. f. de quo *Acta Erud.* A. 84. p. 53.

§. XIX.

Sub Michaele, Johanne III. & Friderico Augusto.

Breve MICHAELIS regnum stylo satis perplexo describit *Casim.* ZAWADZKI, Castellanus Culmensis & Capitaneus Lipinensis, in Historiæ Arcanæ sive Annalium Polonic. Libr. VII. primum *Dantisci* 1693. 4. publicatis, (etsi postmodum bibliopola quidam, rationibus forte politicis motus, annum mutaverit, & *Cosmopoli* 1699. posuerit:) postquam antea jam ediderat Diarium electionis Regis Michaelis, sub tit: *Gloria orbi, Sarmatico consensu monstrata, a DEO data, & Seren. Princ.* MICHAELI KORYBUT, *&c. Regi Orthodoxo. cum prima imperii spatia feliciter ingressus fuisset, exhibita Varsav.* 1670. *4to.* Actum Coronationis ejusdem Seren. Regis idiomate Polonico descriptum exhibet *Johannes Albertus a Janic* JANICKI, *Cracov.* 1670. f. de ejus Genealogia, vid. supra §. IX. JOANNIS III. Regimen concernunt DALERACI *Anecdota Poloniæ*, seu Memoriæ secretæ Regiminis JOHANNIS III. *Paris.* & *Amst.* 1699. duobus Tomis in 8. gallico idiomate publicatæ; ubi tamen observandum, primum Tomum eundem plane esse cum *Memoriis* BEUJEUSII, eodem sermone seorsim editis *Paris.* 1698. & *Amst.* recusis 1700. 12. ut notavit *Jac. Bernardus in Nov. Reip. Liter. A.* 1699. *T. 2. p.* 633. Quanquam alii αὐτόπται hic (quod obiter addimus) cum *Bernardo*, scriptore secus accuratissimo, non faciant. Majori apparatu Vitam & res gestas JOHANNIS SOBIESKI III. belgico sermone descripsit van der Linde/ adjectisque monumentis aliis, publicavit tribus partibus, cum figuris. *Amst.* 1685. 4. Bellum JOANNIS Cosacicum delineavit Dn. *de la* CROIX, olim Legationis Gallicæ, in Aula Turcica, Secretarius, in libro, cui tit. *Guerres des Turcs avec la Pologne, la Moscovie & la Hongrie, Hagæ* C. 1689. 12. De Expeditione ejusdem Regis Viennensi extat

extat Relatio *Michaelis Ernesti* DLUGOSSI, sub tit. *Magni* JOANNIS III. *Augustum Viennense*, Veni, Vidi, Vici, *assertum* A. 1683. impr. typis monasterii *Olivensis.* A. 1684. *4to* Quæ post obitum JOANNIS, durante interregno, acta fuere, explicantur in BISARDIERII Historia Comitiorum Regalium apud Polonos (*Histoire des dietes de Pologne*) *Lutet.* 1697. *in 12mo.* ejusdemque Historia scissionis seu divisionis in Polonia factæ d. 27. Jun. 1697. (*Histoire de la Scission ou division arrivee en Pologne, au sujet de l' election a' ou Roy*) *ibidem* 1699. 8. edita.

§. XX.

Scriptores, a Pistorio *T. III. exhibiti, aliique, qui specialia tantum Regum facta descripserunt, ut* Sigismundi I.

Particularis historiæ scriptoribus jungimus nonnullos alios, qui singularia quorundam Regum facta breviter memoriæ mandarunt: In qua classe etiam locum teneant illi, qui Panegyricos sermones, lætitia & mœrore facundos, utroque stylo consignarunt. Initium à SIGISMUNDO I. Rege facimus, (nam de prioribus Ducibus Regibusque pauca particularia monumenta occurrunt, inter quæ tamen locum merentur duæ M. *Georgii* WENDII, Rectoris in Gymnas. Thorun. Dissertationes, in quarum una, Trium antiquissimorum Poloniæ Ducum LECHI II, LESCI II, & POPIELI II. fata finalia, partim historicis, partim moralibus discursibus interpolata, *Thorun.* 1699. 4; altera VENDÆ antiquissimæ Poloniæ Ducis fatum finale iisdem discursibus interpolatum A. M. DCIC. *4to*; sunt exhibita; itemque BOLESLAUS CHROBRI, Rex Polonorum primus, carmine publice laudatus à *Dan.* SCHRADERO, *Gedan.* 1662. 4. SIGISMUNDI autem peculiaria quædam facta referuntur in *Pistoriano Corpore*, ejusque Tomo III, ubi præter alia occurrunt, quæ passim etiam in Collectione, quæ *Guagnini* nomen fert, Tomo III. leguntur, nimirum.

(1. PISONIS, Legati Pontif. Epistola ad *Joannem Coritium*, de Conflictu Polonorum & Lithuanorum cum Moschovitis, *fol* 1. & ap. *Guagn.* pag. 515. (2. Epistola SIGISMUNDI R. P. ad LEONEM X. P. M. de victoria, contra Schismaticos Moschovios apud aras Alexandri M. parta A. 1514. *d.* 8. Sept. *fol.* 5. & apud *Guagnin.* p. 527. (3. ERASMI VITELLII, Epi-

Episcopi Plocensis, Oratio, in Conventu August. ad Cæsarem MAXIMILIANUM I. nomine SIGISMUNDI, habita coram omnibus S. R. I. Proceribus, A. 1518. f. 7. & ap. *Guagnin. p. 513.* quam orationem primum edidit, & *Erasmo Roterodamo* inscripsit *Jacobus* SPIEGEL, Selestadiensis, Imperialis Secretarius, *August. Vind.* 1518. 8. postea eam *Volumini I. Select. Oration. de Bello Turcico p. 65.* inseruit *Nicol.* REUSNERUS, Consiliar. Saxonicus. (4. Victoria SIGISMUNDI contra Vayvodam Muldaviæ, Turcæ tributarium & subditum, *&c.* quæ à DEO data fuit mense Augusto 1531, excerpta ex ipsis Regis literis per *Joh.* DANTISCUM, Episc. Culmensem, Regisque Oratorem, f. 11. & ap. *Guagn.* p. 545. itemque apud *Schard.* T. *II. Rerum German. p.* 279. (5. Fragmentum ex *Sigism. de* HERBERSTEIN de bello Poloni & Moschi, f. 13. quod extat in ejus *Comment. Rerum Moscovit,* p. 10—14. *edit. Basil.* 1571. f. (6. *Mart.* CROMERI Oratio in funere SIGISMUNDI, f. 15. & ap. *Guagn.* p. 557, quæ præterea reperitur in *Cromeri Polonia,* f. 460. itemque *in Orat. funebr. Pontif. Regum &c.* p. 286; in quo funere eo tempore aliæ quoque Orationes habitæ fuerunt, ex quibus saltem allegare licet Orationem *Stanislai* ORICHOVII, *Rutheni*, quæ septimum locum tenet ap. *Pistor.* f. 33. & insuper ap. *Guagn.* p. 613. & in *Orat. funebr. Pontif. Reg.* pag. 30. reperitur; & aliam *Samuelis* MACIEIOWSKI, Episc. Cracov. & Regni Pol. Vice-Cancellarii, quæ per *Stanisl.* HOSIUM, Secretarium illo tempore Regium conscripta, extat in *hujus Operibus*, studio *Stanisl.* RESCII editis *Colon.* 1584. f. T. II f. 462. Addimus vero memoratis scriptis, Relationem germanicam de ingressu SIGISMUNDI, Regis, in civitatem Gedanensem, & homagio ipsi præstito, *Cracov.* per *Hieron. Vietorem*, editam 1526. 4; nec non Hodœporicon seu itinerarium MATTHÆI CARDINALIS GURCENSIS, Coadjutoris Salzburg. generalisque imperii locum tenentis, quæque in conventu MAXIMILIANI, Imp. & Regum VLADISLAI, SIGISMUNDI ac LUDOVICI memoratu digna gesta sunt, per *Ricardum* BARTHOLINUM, Perusinum, quæ *Viennæ* primum *Hieron. Vietor.* impressit 1515. 4, deinde T. II. *Script. Rerum Germ.* f. 321. seqq. inseruit *Marqu.* FREHERUS, ubi inter Orationes, Epistolas, Carminaque ibi inserta, etiam leguntur: *Ricardi* BARTHOLINI Carmen heroicum ad SIGISMUNDUM Sarmatiæ Regem, f. 334; *Jo.* DANTISCI Sylva, seu poëma de profectione ejusdem Regis, post victoriam contra Moschos, in Ungariam, f. 336; *Gasparis Ursini* VELII Epistola ad *Johannem Thurzo*, Episcopum Vratislav. de Conventu Posoniensi, eodem stylo, f. 345; & Oratio BARTHOLINI, in eodem Conv. habita, f. 361

§. XXI.

Sigismundi Augusti.

SIGISMUNDUM I. in regimine excepit SIGISMUNDUS AUGUSTUS, SIGISMUNDI I. filius, & Jagellonicæ stirpis Rex ultimus, de quo multa notatu digna refert *Antonius Maria* GRATIANUS à Burgo S. Sepulchri, Episc. Amerinus, qui scripsit de Vita *Joannis Francisci* COMMENDONI, Cardin. & Pontif. Legati, tempore SIGISMUNDI AUGUSTI & electionis HENRICI VALESII, Libros IV, *Parisiis* 1669. 4, post obitum Autoris editos, ubi Libr. 2. c. 15. agit de Russia, c. 16. de Podolia, deque ejus frequentandæ consilio Regi allato, c. 17. de Rege cupiente divortium cum uxore facere, & per *Commendonum* dissvaso; Lib. III. de actione cum Rege & Polonis de fœdere; L. 4. c. 1. de SIGISMUNDI AUGUSTI morte, c. 3. de Consiliis ejus, Regnum uni è Cæsaris filiis conciliandi, c. 6. de Competitoribus regni, c. 9. de comitiis habitis & HENRICO Rege creato, c. 12. de adventu Regis & de coronatione & fuga ejus. Vitam illam COMMENDONI ex latino in gallicum sermonem nitide quoque translatam debemus FLECHERIO, Episcopo Nemausensi, *Paris.* 1695. 12*mo* excusam. Alias singularia SIGISMUNDI AUGUSTI exhibebunt ipsius SIGISMUNDI AUGUSTI Epistolæ, Legationes & Responsa, nuper e Museo *H. de Huysen* edita à *Joh. Burchardo* MENCKENIO *Lips.* 1703. 8, quibus etiam accesserunt STEPHANI BATORII, Polon. Regis, Epistolarum Decas & oratio ad Ordines Poloniæ, ut & opuscula duo alia ad electionem Regis SIGISMUNDI III. spectantia. Elegans est Panegyricus nuptialis Regis Pol. SIGISMUNDI AUGUSTI à *Stanislao* ORICHOVIO, *Roxalano*, olim conscriptus, quem cum

cum alio ejus Panegyrico, *Jo. Christophoro*, Comiti TARNOVIO dicto, e tenebris in lucem produxit *Gabriel* JOANNITIUS, Regius Prof. *Cracov.* 1605. 4. Nec sicco prætereunda est pede oratio XII, *M. A.* MURETI, X. Kalend. Febr. A. 1567. pro SIGISM. AUG, R. P. ad *Pium V*, Pontif. M. habita, in qua non pauca de Regni Pol. antiquitate atque amplitudine, & de rebus, quas multis abhinc seculis, Polonorum Reges, sine ulla propemodum intermissione gesserunt, ut & de ipsius SIG. AUG. pietate, animi magnitudine, fortitudine ac præstantia dicuntur. Extat in *Oratt. gratulator. in Electione Coron. &c. Pontificum &c. habitis à Legatis Virisve suæ ætat. doctissimis p.* 419. seqq. & inter *Oratt.* MURETI à *Jac. Thomasio* editas *vol.* 1. *orat.* 14. *p.* 127, cujus orationis mentio reperitur *L. II. Epist. Pauli Sacrati p.* 84. Fragmentum de vita & obitu SIGISMUNDI AUGUSTI extat apud *Pistor.* T. III. f. 64. & *Guagnin.* T. III. p. 712, quod ex *Schardio* desumtum, reperitur *Germ. Rerum Script. T. IV. p.* 181. In *Pistoriano* Corpore sequitur *Jo.* LASICII Historia de ingressu Polonorum in Valachiam, Ao. 1572. f. 67, & apud *Guagn.* p. 429. itemque *Leonh.* GORECII descriptio belli Ivoniæ, Palatini Valachiæ, quod is cum SELYMO, Turcarum Imperatore, gessit f. 75. & ap. *Guagn.* p. 451 quæ statim post SIGISMUNDI AUGUSTI obitum acciderunt. *Utrumque* illud scriptum germanice transtulit *Nicol.* Höniger von Tauber-Königshofen. & *Basil.* 1578. 4. publicavit. In exsequiis ejus non prætermitti debent duæ Orationes, quarum prima *Stanislai* HOSII, à *Stanislao Rescio* recitata, extat in Opp. HOSII T. II. f. 479, altera *Jo. Demetrii* SULICOVII, Archi-Ep. Leopol. t. t. Secretarii Regii, in *Cromeri Polonia* f. 701. habetur.

§. XXII.

Henrici Valesii.

De ANDIUM DUCE in regnum Poloniæ allegendo, habetur Epistola *Jo.* MONLUCII, Episc. Valentini, Regis Gall. Legati, ad Polon. Ordines, quæ una cum *ejusdem* Defensione pro Andium Duce adversus quorundam calumnias, & cum alia, adversus hujus ipsius defensionis calumnias *Zachariæ* FURNESTERI Defensione, pro justo & innocente tot millium animarum

animarum sanguine in Gallia effuso, prodiit *Lusiniani Pictonum*, excudente *Juo Dorerio*, A. 1574. 8. Sequenti autem anno nempe 1575. pro Joh. Monlucio, Episc. & Comite Diensi, iterum exiit *Anonymi* Præscriptio adversus libellum Zach. Furnesteri, quod scriptum in *Cat. Bibl. Thuan.* T. I. p. 437. *Jacobo* CUJACIO tribuitur; Sed Furnesterus adversus hanc Præscriptionem eodem adhuc anno novam defensionem edidit. Ceterum orationes variæ, quæ tum temporis à *Jo. Franc.* COMMENDONO, Cardinali, Apost. sedis per Germaniam & Poloniam de latere Legato, item ab Imperatoris & Electorum Legatis, & a *Jo.* MONLUCIO, Episc. Valentiæ, in Comitiis Varsaviens. pro electione novi Regis habitæ fuere, excusæ sunt *Cracov.* 1573. 4. Epistola ad Stanisl. Hosium Card. una cum Actis Legationis de Regno, ad Henricum Pol. R. prodiit *Paris.* 1574. 4. *Caroli* CRASSI, Lingonum Episcopi, ad Legatos Polonorum oratio *Metis* habita, edita est 1573. 4to. ZAMOSCII, Legati, oratio ad Henricum Valesium, item *Stanislai* KARNCOVII ad Henricum P. R. Panegyricus, cum *Vidi* FABRI, Domini a PIBRAC, Responsione ad eundem, ut & HERBORTI, Legati Pol. Oratio, cum aliis Tractatibus *Paris.* 1573. & 1574. 4. prodierunt. Gallice hoc tempore in lucem emissi sunt Tract. seqq: *Discours de l' entrê du Roy de Pologne à Orleans en Iuillet*, 1573. 8; *Les honneurs faits au Roy de Pologne en Allemagne & en Pologne*, *Paris.* 1574. 8; *Harangue publique de bienvenue au Roy Henry de Valois elu Roy de Pologne, prononceé par Stanisl.* CARNCOVIEN, *Evesque de Vladislavie*; *Reponse a ladite Harangue par Monf. de* PIBRAC; *Discours de Jean* CHOISNYN *de tout ce qui s' est passé en la negotiation de l' election du Roy de Pologne*, *Paris.* 1574. 8; *Declaration des Polonois sur le retour du Roy en France*, *Paris.* 1574. 8: quæ scripta passim notantur in *Catal. Bibl. Thuan. T. I. p.* 437. CARNCOVII ille Panegyricus, ut & *Anonymi* cujusdam, qui se *Probum Galliæ ac Poloniæ amantem virum* vocat, Oratio, extant etiam in *Cromeri Polon.* f. 694. & 721. *Steph.* quoque FORCATULUS *Poloniam felicem, regnante Henr. Valesio*, edidit *Parisiis* in 4.; quo tit. Autor Panegyricum, quo Henricum, Calend. Januar. 1574. salutaverat Regem, insignivit, qui & *Oratt. Gratulator. in Elect. Coronatione, Nativit. Nupt. Triumphis*

phis &c. Pontificum, Impp. Regum, Principum, Hanov. 1613. 8. editis, *p.* 447. insertus reperitur. De Comitiis 1573. habitis & Henrico Rege creato, itemque de adventu Regis, & de coronatione, & fuga ejus, egit supra laudatus *Ant. Mar.* GRATIANUS *L. IV. de vita Commendoni c. IX. & c. XII.* E Tomo I *Guagnini* & Tomo III. *Pistorii* huc referendum est Exemplar quarundam literarum super discessum HENRICI III. itemque Senatus Polon. ad eundem Regem, incerto auctore. Continentur vero isto fasciculo. (1. Oratio DANTZÆ ad Senatum R. P. Cracoviæ congregatum habita, de Discessu Regis Henrici, apud *Guagn. pag.* 160. & ap. *Pistor.* fol. 95. (2. Literæ Senatus R. P. ad Imper. Roman. ob discessum Henrici, ap. *Guagn.* p. 164. & ap. *Pistor.* f. 96. (3. HENRICI III. ad Senatores, Nobiles & Equites R. P. Epistola, ap. *Guagn* p. 166 & ap. *Pistor.* f. 97. (4. EJUSD. Epist. ad Episc. Cujaviensem, ap. *Guagn.* p. 169. & ap. *Pistor. fol.* 98. (5. EJUSD. Ep. ad Palatinum Cracoviens. & Zberovium, Maresch. Curiæ, itemque ad Rev. D. Wolki, Vice-Cancell. ap. *Guagn.* p. 171. ap. *Pistor.* f. 98. (6. EJUSD. ad Dn. à Tienszin, Castell. Weinicens. ap. *Guagn. p.* 172. ap. *Pistor.* fol. 99. (7. EJUSD. ad D. Radl *Wiel*, Ducem in Olira, Maresch. Curiæ Litv. ap. *Guagn.* p. 173. ap. *Pist.* f. 99. (8. Senatorum R. P. literæ ad S. M. R. cum quibus Cubicularius Maj. suæ Viennam, d. 20. Junii 1574. missus, ap *Guagn.* p. 174. ap. *Pist. fol.* 99.. (9. Literarum exemplum à S. Cæs. M. Maximil. II. ad Senatores R. P. ap. *Guagn.* p. 176. ap. *Pist.* f. 100 (10. Literarum Exemplar ad Henricum Andegavens. à Senatu & Ordinibus R. P. ap. *Guagn.* p. 177. *Pist.* f. 101. Quæ scripta omnia, uti illo tempore seorsim primo edita sunt, ita præter illa, multo plura adhuc, partim in Gallia, partim alibi tunc comparuerunt. Illius generis sunt *Joh.* BONEFONII, Arverni Claromontani, ad Erricum Valesium, Lutetiam celebri pompa ingredientem, Panegyricus, carmine heroico, *Paris.* 1573. 4; *Steph.* THEVENETI de felici Regni Pol. successu Congratulatio, ad eundem Regem, stylo eodem *Paris.* 1573. 4; & *Roberti* de CHANOLLET Carmen, cui titulus: *Henrici P. R. nuper electi Triumphus, quo Lutetiæ exceptus est, ibid. eod.* Alia hujus generis scripta habentur

bentur in Collectione diversorum Tractatuum ad historiam Henrici III. R. Franc. & Polon. pertinentium, quæ gallice edita est *Colon.* i. e. *Amsteld.* 1693. 12. Vid. etiam quæ supra § XXI. ex GRATIANI Vita Commendoni jam notavimus.

§. XXIII.

Stephani Batorei.

Ad STEPHANUM BATOREUM progredientibus nobis obveniunt primum Carmina in Regis Stephani in *Vilnam* ingressum, A. 1576. edita, quæ extant ap. *Chytræum* in *Saxonia f.* 984. seqq, ubi etiam *Eques Cathaphractus*, (M. D. Litv. stemma,) & *Aquila Polonica*, versibus artificiosis ornata, exhibentur. Clades DANTISCANORUM, A. 1577. d. 17. April. à *Jo.* LASICIO, Polono, descripta, in qua causæ belli à Seren. Rege contra Gedanenses suscepti referuntur, antea seorsim latine, *Posnan.* 1577. 4, deinde etiam germanice ex translatione *Leonhardi* THURNEISSERI, 1578. 4. edita, extat latine ap. *Guagn.* T. I p. 186. & ap. *Pist.* T. III. f. 104; ubi præterea reperitur Excusatio erga Germanos, ne offendantur, quod toties in clade Dantisc. mentio illorum fiat, *f.* 111; item *Joachimi* BIELSCII Satyra in quendam Dantiscanum, qui levibus ac ineptis suis germanicis rhythmis, multa nefaria de Rege & Regno Pol. scribere, & per Germaniam ubique spargere impudenter ausus est, A. 1577. f. 112: quo tempore etiam exierunt Commentarii de Tumultu Gedanensi, *Mariæburgi* 1577. 4. Cum his tamen omnino jungenda sunt, quæ separatim prodierunt: *Declaratio vera, quibus de causis* ORDINES CIVITATIS GEDANENSIS *cum Seren. Principe ac Dn. D. Stephano R. P. &c. adversariorum suorum impulsu, jam pridem, in eam, quæ nunc etiam durat, controversiam pertracti sint; pro innocentiæ suæ rationibus & ipsius negotii circumstantiis palam demonstrandis, in lucem edita Gedani* 1577. 4, & eod. ann. germanice etiam translata, *ibid.* in 4; ut &, quæ illam mox insecuta est, *Appendix declarationis* ORDINUM CIVIT. GEDAN. *de præsenti rerum statu, mense Aprili vulgatæ, Gedani M. Julio* 1577. itidem in 4. excusa; Item Summarische Schrifft in welcher die Unschuld der Stadt Dantzig angezeiget wird / Dantzig/ 1577. 4; nec non Eigentliche Beschreibung der Stadt

Stadt Dantzig/ samt dem zugehörenden Block-Hause die Weichsel-
münde genannt / und dessen Belägerung. 1577. 4. Exempla Lite-
rarum a Seren. Stephano P. R Civitati Gedanensi datarum; post
receptionem in gratiam, una cum Jurejurando ejusd. Civitatis,
edita *Varsav.* 1578. 4. De bello adversus Moschos ad Equites
Polonos oratio *Francisci* GOSLAV de NADARICE prodiit *Po-
snan.* 1578. 4. Ejusdem Expeditionem adv. Magn. Moscoviæ
Ducem, carmine elegiaco descripsit M. *Samuel* WOLFIUS, Sile-
sius, Scholæ Levartoviensis Rector, 1582. 4. Moscovitici hujus
belli confectum negotium pacemque A. 1582. d. 15. Januar. ad
Zapolsciam factam, Regi quoque gratulati sunt: *Jac.* GOR-
SCIUS in quatuor orationibus, quæ cum adjecta oratione quinta
ad *Joh.* ZAMOSCIUM, Cancellarium regni, *Cracov.* 1582. editæ
sunt, de quibus vid. *Aut. Exerc. Chwalkovio* oppos. p. 16; Item *Geor-
gius* LATALSKI, oratione panegyrica *Tigur.* A. 1582. 4*to*; nec
non *Christoph.* WARSEWICIUS, R. P. Orator seu Legatus, in
Panegyrico, qui primum locum tenet ap *Guagn.* T. 1. p. 1, & antea
seorsim excusus est *Magd.* 1582. 4. Idem WARSEVICIUS, postea
quoque orationem funebrem edidit in obitu Regis, *Basil.* 1588. 4.
impressam, & *Cromeri Poloniæ f.* 838. ut & *Oratt. Funebr. Pontif.
Imp. Regum, Principum &c. Hanov.* 1613. in 8. editis, insertam,
p. 425, addito Regis Epitaphio, *Joan. de* SAMOSCIO auctore.
Ceterum de subita & inopinata hujus Regis fortissimi morte,
(quæ contigit *Grodnæ* Litv. mens. Decemb. 1586) varia variorum
extitere judicia, plerisque in Medicos culpam transferentibus.
Hinc factum, ut jussu & voluntate Dn. *Alberti* RADZIVILI,
Ducis in Olika & Niescewicz, Magnique Duc. Litv. supremi
Maresch. &c, D. *Stephani I. Pol. Reg. Sanitas, Vita medica, Ægri-
tudo, Mors, a Simone* SIMONIO, Lucensi, M. D. atque intimo
Maj. illius Medico, exposita scriptoque comprehensa prodierit
Nyssæ, typis *Andr. Reinheckelii* A. 1587. 4. Hunc libellum inse-
cuta est in Comitiis general. Varsaviæ proxime celebratis, Epi-
stola cujusdam *Georgii* CHIAKOR, Ungari, Scribæ; vel potius
ut se ipsum vocat, Secretarii Regii, de Obitu & Morbo Stephani,
adjecto ejusd. Epist. Examine, Auctore *Anonymo*, quo utroque
scripto longe alia ægritudinis Regiæ idea & curationis ratio ex-
ponitur,

ponitur, ac quidem a Simonio fuit descripta. Mox quoque *Ni-
colaus* BUCCELLA, *Patavinus*, olim Stephani, postea Sigism. III.
Archiater, ediderat Refutationem scripti *Simonis* SIMONII, cui
tit: *D. Stephani I. P. R. &c. Sanitas, vita medica, ægritudo, mors,
Cracov.* typis *Alexii Rodecii* (Sociniani) 1588. 4. ad quam *Simon* SI-
MONIUS iterum Responsum edidit. BUCCELLA vero Confu-
tationem etiam illius responsi publicavit *ib.* 1588. 4. Præterea
ad memoratam Epistolam *Georgii* CHIAKOR, ejusque Examen,
Responsum pro Simonio vulgavit *Amadeus* CURTIUS, Italus,
Medicus Ticinensis, Anno 1587. 4, ubi Lectorem à Simonio
sperare jubet Censuram curationum Medicarum duo detriginta,
à *Nicol.* BUCCELLA, in Polonia empirice institutarum; itemque
Dialogos duos, quibus & Buccellæ Conscientiam; & F. V. V.
i. e. *Francisci Veselini Vngari*, (qui *Ferenz* vulgo nominabatur,
atque cum Buccella Chirurgo, assidue morituro Regi adfuerat)
Magnificentiam, Simonius sit ostensurus. Quæ tamen scripta,
an lucem unquam adspexerint publicam, nobis non liquet.

§. XXIV.

Sigismundi III.

De electione SIGISMUNDI III. extant *Ordinum Regni
Pol nonnullorumque ejus Magistratuum ad diversos Principes Christia-
nos, Legationes, Epistolæ, Responsa, eorundem Ordinum mandato edita
Cracov. ex officina Lazari* 1587. 4; itemque *Scripta inter Archi-Duc.
Maximilianum & Ordines regni Cracov. congregatos posteriora, ibid.*
eod. in 4*to*. evulgata; quo referri etiam debent: Relatio Ger-
manica eorum, quæ inter Magnum Cancellarium, Regemque
Maximilianum gesta sunt, ex *Abrahami* SCHALBII, Regii Archiatri,
literis excerpta, & *Magdeb.* edita 1588. in 4*to*; item, *Henr.*
RÆTELN Narratio germanica eorum, quæ ab A. 1584. in regnis
septentrionalibus, Polonia, Livonia, Moscovia & Svecia accide-
runt, *Gorlicii* 1591. 4; nec non memorabiles aliquot eventus
anni 1595, quibus accesserunt Epistolæ duæ ad Sigism. III,
una CLEMENTIS VIII. Pont. Rom, altera *Cham* KAZIKIEREY,
Tartarorum Czarii, excus. A. 1596. 8. Habentur etiam oratio-
nes variorum Autorum, quæ in Comitiis general. 1595. d. 22.
Februar. celebratis, ad Sigismundum III, cum ab exteris,
tum

tum ab indigenis, dictæ fuere, quæ reperiuntur ap. *Reusnerum* Vol. III. *Select. Oratt. de Bello Turc. ed. Lips.* 1596. 4. *Part. alter. p.* 1. *seqq*; post quas statim sequitur *a p. 79. usque ad p.* 88. de Transitu Tartarorum, per Pocutiam, A. 1594, Epistola *Joannis de* ZAMOSCIO, ad D. Cynthium, Cardin. Aldebrandinum missa. Pro felici Ejus ex Svecia reditu, singularem orationem edidit *Petrus* LILIAS, S. Theol. D. & Canonicus Posnaniensis, *Posnan.* 1597. 4. Ingressum Ejus in Civitatem Gedanensem A. 1623. d. 1. Julii factum, descripsit germanice *Petrus* WITZKE, *Dantisci* 1623. 4. Uti in adventum Ejus in urbem *Thoruniensem*, oratio quoque prodiit *Thorun.* 1587. 4. Vitam & obitum ANNÆ AUSTRIACÆ, prioris Sigismundi III. Conjugis, exposuit *Fabianus* QUADRANTINUS, Prutenus, in Speculo pietatis, *Brunsberg.* 1605. 4; quemadmodum, cum eidem Monarchæ Seren. Princeps CONSTANTIA, Archid. Austriæ, matrimonio jungeretur, panegyricam orationem ad MARIAM, Serenisf. Matrem, scripsit *Laurent.* SUSLYGA, *Cracov.* 1605. 4: In quibus sponsalibus præterea oratio Græcii habita, à *Joh.* DECKERIO S. J. Universitatis Cancellario, prodiit *Cracov.* 1605. 4. Augustæ Heroidi, ANNÆ, JOHANNIS III. Svecorum Regis, filiæ, SIGISMUNDI III, R. P. Sorori, ad littus Dantiscanum, IV. Id. Oct. ex Svecia appellenti, Carmine applaudit *Jo.* RYBINIUS, Polonus, *Dant.* 1591. 4*to*. Ad media regiminis Ejus tempora spectat Salutatio gratulatoria, nomine *Capituli* VARSAVIENSIS facta, cum capto Smolensko, Varsaviam rediret A. 1611, auctore LUBIENSKIO, quæ in ejus *Opp. fol.* 465. legitur. Extant quoque *Collegii* DUACENSIS Encomia Sigismundi III. *Duaci* 1628. 4. In memoratis LUBIENSKII Opp habentur duæ laudationes funebres, quarum *prima* scripta, f. 469; *altera* recitata, f. 488. reperitur. Similiter in obitu Sigismundi, (qui *quadragesimus quartus* Rex 44. annos regno impendit) extant: 1) *Simonis* STARAVOLSCII Oratio, *Antverp.* ex officina *Plant. Balth. Moreti*, 1632. *fol.* 2) *Joh.* HEIDENSTEINII SOLLESCII Oratio excusa *Lovanii*, 1633. f. 3) *Jo.* MOCHINGERI, Pastor. ad D. Cathar. & Professoris quondam de Athenæo hoc optime meriti, Luctus seu Planctus Senatus Populique GEDANENSIS, oratione in Gymnasii pa-

patrii Auditorio maximo A. 1632. d. 25. Maji habita, descriptus, & cumalia *ejusd.* orat. panegyrica, super Electione VLADIS-LAI SIGISMUNDI, A. 1632. *d.* 10 *Dec.* dicta, simul excusus *Dantisci* 1633. f. 4) Collegii CRACOVIENSIS S. J. Lachrymæ vectigales, magnis manibus Magni Sigismundi III. inter parentalia sacra persolutæ, *Cracoviæ* 1633. fol.

§. XXV.

Vladislai IV.

Ad Inaugurationem VLADISLAI IV. spectant: (1. *Simonis* STARAVOLSCII Panegyricus Serenisf. Principi Vladisl. omnium votis acclamato Polonorum Regi *&c.* consecratus, *Antv.* 1633. f. (2. Collegii CRACOV. S. J. Tropæum regale, Regi Vladislao, inaugurationis die dicatum, *ibid.* 1633. f. (3. *Bart.* PAPROCII, Poloni, Pharus Sarmatica Europæo Trioni Augustis ignibus radians 1633. *f.* (4. *Petri* POTOCII ad invictisf. Princ. Vladislaum Pol. & Svec. Regem orat. gratulatoria, *Antv* 1633. f. (5 *Henrici* à BÔMELN sacrum devotæ mentis, Honori Vladislai Sigismundi *&c*, peractum Athenis *Bregelanis*, mense Febr. 1633. impr. *Dantisci* fol. (6. Gratulatio *Joh.* BEHM, Aulæ Elector. Brand. in Prussia à Concionibus, *Regiom.* f. (7. Descriptio germanica inaugurationis & homagii *Gedani* facti A. 1634. f. (8. SENATUS DANTISC. Oratio ad ingressum Regis in Civitatem, circa solstitium hybernum Ao. 1634, ab HENRICO FREDERO, tum temp. Synd. postea Præ-COS. habita, atq; ab eod. edita, & *Iacobo Zadzik*, Episcopo Culmensi & Pomesan. Supremo R. P. Cancell. inscripta 1634. f. Ejusd. Magn. Senatus nomine, Orat. Panegyricam habuit *Jo.* MOCHINGERUS, ut præced. paragrapho dictum. (9. Carmen Panegyricum Vladislao IV. Pol. ac Svec. R. sub auspicat. ad Civitatem Dantisc. ingressum, consecratum à *Georgio* PREUTTEN, Patritio Dantisc. f. (10. *Rotgeri* zum Bergen, Regis Secretarii, Carmen de Ejus in urbem Regiomontanam ingressu, Anno 1636. in 4*to*. Victoriam de Turcis elogio functi sunt: (1 Collegium CRACOVIENSE, cujus Immortales gratiæ Seren. Vladislao IV. redditæ, quod in Amurathem, Turcam moveret, 1634; itemque Arcus pacis novo sine sanguine triumphatori Vladisl. IV, ab expeditione bellica in Amura-

Amurathem Turcam ſuſcepta, auſpicato & feliciter reduci, 1635.
(2 Senatus Gedanensis, cujus auſpiciis prodiit Supplicatio Urbis Gedanenſis, in honorem Dei O. M. & memoriam Vladislai IV. pro conſervata Boruſſia & pace reſtituta, in panegyri, Oratione explicata d. 27. Sept. 1635, a *Jo.* Mochingero, Gymnaſii Rhetore, *Dantisci*, 1635. f., qui eodem A. etiam edidit Gratiarum Actionem pro conſervata Boruſſia. f. (3. Academia Regiomontana, cujus nomine Panegyricus publice dictus eſt à *Valent.* Thilone, Eloqu. P. P. *Regiom.* A 1635. f. (4. *Henr.* à Bömeln, Boruſſus, qui *Franek.* 1636. f. edidit Boruſſiam liberatam lenitate inclyti indomitarum gentium Victoris Vladislai IV. Sarmatis creati, Svecis nati Regis. Habetur *Ejusdem* Panegyricus, in laudem Magni Polonorum ac Svecorum Regis, Vladislai IV. Victoris ac Triumphatoris ſemper Auguſti, ſcriptus ſub initium anni 1635. *fol.* Alias extant *Io.* Rywocki, *Pruteni*, *S.* J. Panegyrici XI. in Vladisl. IV. *Vilnæ.* 1636. *fol*, & *Andreæ* Scato Porta honoris, quam Seren. Vladislao IV. *&c*, Magno in ſua Pruſſia hoſpiti, erexit & obtulit *Gedani*, 1646. f. Ad famam ſemper proſperam Vladislai IV. orationem A. 1648. d. 7. Julii dixit *Ioh.* Mochingerus *Gedani*, editam *ibidem* in *fol.* Antedictus *Io.* Rywocki, in nuptiis VLADISLAI IV. & CÆCIL. RENATÆ Auſtriacæ, Ferdinandi II. Imp filiæ, *Varſaviæ d. 6. Sept.* 1637. celebratis, Iconem votorum vulgavit *Vilnæ* 1637. f; quarum nuptiarum felicitati eodem tempore Panegyricum dicavit *Mart.* Opitius *Gedani* 4; ut & *Rotg.* zum Bergen / *Livonus*, *S.* R. M. Secret. cujus Debita Gratulatio prodiit *Dant.* 1637. f. In hujus prioris Conjugis funere Oratio habita eſt ab Illuſtr. & Rev. D. *Andr.* Lesczinski, Epiſc. Caminiecenſi, & R. P. M. Cancellario, *Cracov.* 1644. 20. Junii; qualis oratio etiam Polonice legitur in *Oratore Politico*, a *Caſimiro Ioh.* Woysznarowitio, lingua Polonica *Cracov.* 1648. *fol.* edito, *part.* 3. *fol.* 1. Sic quoque interitum Seren. Principis filii, SIGISMUNDI CASIMIRI, ex CÆCILIA RENATA prognati, Oratione parentali deploravit *Sim. Stanisl.* Makowski, Acad. Cracov. Prof. *Cracov.* 1647. f. In idem funus extant *Jo.* Kwiatkiewicz, Poloni, *Umbræ minores*, Carmine

Caliſſ.

Caliſſ. f. expreſſæ. Expeditio Legatorum in Gallias ad deſpon-
ſandam LUDOVICAM MARIAM GONZAGAM Vla-
dislao IV, auctore *Andr.* Kanone, *Roxolano*, è Pol. S. J.
prodiit *Cracov* 1646. f Hujus Reginæ, adhuc ſponſæ, Iter ex
Gallia in Poloniam ſuſceptum; itemque Reditum Dominæ de
Guebrian, deſcripſit *Jo.* Laboureur, Gallice *Pariſ.* 1648 4.
editum, ubi adjectus eſt prolixus Tractatus de Regno & Regimine
Poloniæ. Ejusd. ingreſſum in Dantiſcanam urbem, reditumque
in Varſaviam, Germanice delineavit *Ad Jac.* Martini, *Ged.*
1646. 4, cui inſertum eſt Nuptiale Hoſianna, ore *Juventutis*
Dantiſcanæ, die Conſtantiæ ſacro, prolatum, auctore *Jac.* Zetz-
kio, t.t Conrect. Schol. Marianæ, ex latino ſermone in germ.
translatum. Eundem ingreſſum, præcipue vero magnificum
Portæ Arcuumque Triumphalium Theama, Carmine delineavit
Daniel Aschenborn, L. S. *Dant.* 1646. f. Diſceſſum vero
Seren. Reginæ ex hac Civitate, ſimili carminis genere deco-
ravit *And.* Bythnerus, P. L Cæſ. & Rector. *fol.* Sic quoque
Ingreſſus hujus Reginæ in Baſilicam Olivenſem, excipiente Re-
ginalem Majeſt. D. *Alexandro a* Bautzendorf Kesows-
ki, ejus loci Abbate, adjectus eſt *Alexandris XII.* memo-
rato Alexandro Abbati oblatis à *Gerh.* Nedatsio, Benedictino,
Dant. 1646.4. Eaſdem nuptias celebravit eleganti Carmine,
Jo. Pet. Titius, Vir celeberr. cujus Gratulatio *Gedani* in 4to
prodiit. Has nuptias præterea, Oratione, cui tit. *Seculum Aureum*, *Joh.*
Janssonius, Parochus Sobkovienſis, *Dantiſci* 1646. *fol.*
itemque Collegium Vilnense, ſub tit. *Poloniæ pacificæ*, *Vilnæ*
1646. f honorarunt In Coronationem Sereniſſimæ Reginæ
Sermo habitus in Cathedr. Eccleſ. Cracovienſi, editus eſt *Varſ.*
1646. 4 In glorioſiſſimæ Reginæ hujus obitum Panegyricus
Adr. Pikarski, S. J. polonice prodiit *Cracov* 1667. f Me-
moriam Regis defuncti Orationibus proſecuti ſunt: (1. Col-
legium Cracoviense, S. J, *Cracoviæ* 1648. in *fol.*
(2. Senatus Dantiscanus, qui *Jo.* Mochingero munus
parentandi commiſit, cujus Oratio prodiit *Ged.* 648 f (3 Aca-
demia Regiomontana, interprete *Valentino* Thilone,
memoratæ Univerſitatis Oratore, *Regiom.* 1648. f. (4 *Joh.*

F *Alex.*

Alex. GORCZYN, cujus Memoria de Virtutibus, Fortuna, & Fato Vladislai, patrio idiomate. *Cracov.* 1648. 4. expreſſa eſt. (5 Illuſtr. & Rev. D. *Andr. de* SZOLDRY SZOLDRSKI, Epiſc. Poſnan. à quo oratio *Cracov.* 1649. 15. *Ian.* habita, lat. *ibid.* in f. excuſa eſt. (6 *Stanisl.* DOMANIEWSKI, Canon. Chyovienſ. qui edidit Solem Sarmaticum obſcuratum, *Cracov.* 1649. f. (7 *Thom.* KIESZKOWSKI, Nobilis, quæ oratio ſcripta, *Cracov.* 1649. *fol.* (8 *Sebaſtianus Fabianus* STRYIEWICZ, in Acad. Cracov. L. Gr. Prof. cujus Imago Regis Vladislai IV. implacabili fatorum lege extincti, *Cracov.* 1649. 4. prodiit. (9 *Caſimirus Jo.* WOYSNAROWICZ, Sedis Apoſtol. Protonotarius, ejusdemque & Regis Polon. Secretarius, in Triumphali Feretro, ſeu Oratione, Romæ dicta & *Cracoviæ* recuſa, 1648. 4. (10 *Alb.* NOWAKOWSKI in Cracov. Acad. Gramm. Profeſſor, qui Laudationem funebrem edidit *Cracov.* 1649. 4*to*. (11 *Stanislaus* TEMBERSKI, Philoſ. Doct. in Academia Cracov. Collega minor, cujus *Nomen Magnum* Serenisſ. Vladislai IV, Pol. Reg. dum Pii Manes parentali officio Varſaviâ Cracoviam deducerentur, declaratum A. 1649. die 2. *Ianuar.* impr. *Varſav.* 4. (12 *Simon Dominicus* WACHOCKI, qui vulgavit Planctum Poloniæ ſuper ſuorum clade, à Kozacis rebellibus illata, *Cracov.* 1649. 4.

§. XXVI.

Joannis Caſimiri

Quæ Electionem JOH. CASIMIRI concernunt, de iis notatu non indigna habent *les Memoirs* de Mr. CHANUT. *T. I.* Præterea JOANNI CASIMIRO Diadema Regium gratulati ſunt (1. Collegium CRACOVIENSE, S. J. in primo, quod vocat Tributo rei literariæ, *Cracov.* 1649. f. (2. SENATUS DANTISCANUS, qui Panegyrin ſolennem inſtituit, Rhetoris officio fungente *Jo.* MOCHINGERO, cujus Oratio Panegyrica edita *Dant.* 1649. f. 18. *Ian.* dicta. (3. SENATUS THORUNIENSIS, cujus Compellatio una cum profeſſione ſubjectionis & fidei coram S. R. M. Legato, Dn. *Andr.* COMITE de LESNO, impreſſa eſt *Thorun.* 1649. f. (4 Rector, Senatuſque Acad. REGIOMONTANÆ, ore *Valent.* THILONIS, cujus Applauſus gratulatorius prodiit

diit *Regiom.* 1649. f. Idem Orator Regiomontanus A. *eod.* Vota publica pro felici Joh. Caſimiri, adverſus ſeditioſos cives profecti, expeditione, a Nobilisſ. quibusdam Juvenibus facta, *ibid.* 1649. f. edidit. (5. *Stanisl.* DOMANIEWSKI, Canonicus Chiovienſis, qui edidit Fauſtum ingreſſum in ſedem avitam, Regalem Seren. Jo. Caſimiri, *Cracov.* 1649. 4*to*. (6. *Andr.* BYTHNERUS, P. L. Cæſ. in Acclamatione ſolenni, eaque gratulatoria, vario anagrammatis genere carmine expreſſa. *Dant.* 1649 f. (7. *M. Balth.* VOIDIUS, in Concione Gratulat. german. ſuper coronat. Jo. Caſimiri. *Elbing.* 1648. 4. Ad Eundem Regem, Prodromus Virtutum Laudumque Heroicarum Auguſtisſimi Monarchæ, Johannis Caſimiri, poſt devictum ac fugatum Tartarum & ſuppreſſos rebelles, ſcriptus ab *Andr.* KNOCHIO, & excuſ. *Gedan.* 1652. f. Nuptias tanti Regis cum LUDOVICA MARIA GONZAGA, Thorunii oratione ſolenni celebravit *Conr.* THAMNITIUS, Gymnaſii patrii Prof; qui etiam aliam Orationem in panegyri ſolenni habitam A. 1650. d. XI. *Auguſti*, edidit, ob natam Auguſtorum Parentum prolem, cujus Orationis tit: *Peplus Minervæ Sarmaticus, ex auguſtisſimo Jagellonum & Gonzagarum flore contextus, Thorunii*, 1651. f; & ob alium recens natum Filium, ſub tit. *Faſciæ, ibid.* Anno 1652. f.: cujus Viri doctiſſimi præterea ſolennis oratio ob reditum Regis Victoris, Thorunium ineuntis, ſub tit. *Genethliaci* prodiit *ibid.* 1651. *fol.* Ingreſſus *Ioh. Caſimiri, Regis Pol.* (*Iehova Coronam Regni Protegente*) in Poloniam & Borusſiam, Gedanum ſuum fidelisſimum, A. 1656. XV. *Novembr.* reviſentis, Carmine anagrammatico & heroico, decantatus eſt a *Iucundis Muſis Dantiſcanis*, h. e. a *Iohanne* MAUCKISCHIO, *Doct.* qui loco juventutis ſuæ verba fecit, *Gedani* in *fol.*; ac inſuper proprio nomine de hoc ingreſſu carmen ſcripſit ad *Dn. Adrianum a Linden*, Protoſcholarcham, in f. De eodem ingreſſu extat brevis Relatio germanica, hic *Gedani* publicata, 1656. 4, cui adjecta eſt Compellatio Senatus per *Vinc.* FABRICIUM, hujus Civit. t. t. Syndicum, & Reſponſum *Stephani de* PILCA KORICZINSKI, ſupremi Regni Cancell. ex latino idiomate translata, *Gedani*, 1656. in 4*to*. quæ latine prodierunt *ibid.* 1656. f. & præterea in *Vinc.*

Vinc. FABRICII *Oratt. Civil, p.* 19. & *p.* 22, ut & germanice in *Londorpii Act. Publ T.* 7. *p.* 1186 reperiuntur. Hoc tempore *Jo. Pet.* TITIUS quoque Carmine gratulatorio eum ingressum veneratus est in *fol.* Nec reticeri debet Gratulatio poëtica, a *Joach.* PASTORIO, eodem tempore Regi oblata, quæ *Elbingæ* in f. & in 4. A. 1656. edita, & *Sylvarum lib.* 4. legitur adjecta; Ut & alia stylo soluto Regi *ibidem* exhibita. Eundem ingressum Pentade Epigrammatica celebravit *Daniel* ASCHENBORN, *Dant.* 1656. f; itemque *Jacobus* ZETZKIUS, Scholæ Mar. Rector, qui Aquilam Poloniæ reducem, IV. Annagrammatum Decuriis exhibuit *Gedani* 1657. f. In victoriam Jo. Casimiri R. de Moschis relatam, extat *Jo. Laurent.* LUCHESINI, *Itali*, Carmen *Romæ* 1662. 4. In aliam Victoriam à Tartaris & Cosacis mense *Jul.* 1651. deportatam, invictum Sarmatiæ Leonem, sive carmen lat. & germ. edidit *Jo. Georg.* MOERESIUS, Scholæ Petro Paul. Rector, *Ged. fol.* Actum memorandarum solennitatum Abdicationis & Resignationis Serenisf. Jo. Casimiri, d. 16. *Sept* 1668 celebratum Varsaviæ in Comitiis Regni Generalibus, *Elias Constantinus* a *Trewen* SCHRÖDERUS, *Dantiscanus*, JC. & Secret. Regius, latine & germ. 1668. in *4to.* edidit, ubi orationes, quæ ab ipso Rege & Pro-Cancellario in Comitiis prolatæ sunt, ex Pol. conversæ, habentur. Memoratam quoque Orationem Regis, totiusque abdicationis processum, *Hartknoch. L. II. de Republ. Pol.* c. 1. p. 253. è *Nicolao Chwalkovio*, teste oculato, exhibet; de quo etiam Acta *Londorpii* legi possunt T. 9. p. 644. seqq. itemque *Theatrum Europ. Part. X.* f. 815—822. &c. Orationes autem Polonicæ reperiuntur *Part. II. Oratoris Polonici*, (*Mowka Polski*) *Calisfiæ* A. 1676. typis exscripti, p. 11. seqq. Cineres Augusti Jo. Casimiri, P. & Sv. Reg &c avito, Regum Pol. Mausoleo, in Basilica cathedrali Cracoviensi, justorum sepulcralium regali magnificentia illatos, gratæ in Seren. Domum Jagellonicam, Regiæ Universit. Cracov. nomine, funebris encomii parentali cultu excepit M. *Stanisl. Josephus* BIEZANOWSKI, *Leopol.* in Academia Cracoviensi Philos. D. & Poës. Prof. *Cracov.* 1676. d 30. *Januar.* Extat quoque *Andr.* OLSZOWSKI, Episc. Culmensis, Poloniæ Pro-Cancellarii, Sermo parentalis, in Exequiis Seren. Johannis Casimi-

Casimiri Regis, dictus, sub tempus Comitiorum regni, Varsaviæ in Ecclesia collegiata S. Iohannis Baptistæ, die 18. *Febr.* 1673. & Seren. *Christinæ Alexandræ*, Reginæ Sveciæ, dicatus in *4to.*

§. XXVII.

Michaëlis Koribut.

In MICHAELIS KORIBUT, Ducis in Wisniowiec, Inaugurationem, A. 1669. factam, sequentia ingenii monumenta ad manus meas pervenerunt: (1. Palmes Coributeus per *Stanislaum* à STERNBERG TEMBERSKI, Canon. Premisl. d. 20. *Sept.* porrectus, *Cracov.* 1669 f. (2. Chronologia Synoptica Palmitis Coributei ad augustissimum Coronationis diem Michaëlis I Reg. Pol. &c. historico sensu producta, d. 6. *Octobr.* per eundem, *ib.* f. (3 Gratulatio Panegyrica Seren. Michaëli sub felicibus coronationis auspiciis per *Steph.* RADVAN LODZINSKI, Præpos. Scekocinens. oblata, *ib.* f. (4. Solennes gratiæ DEO immortali Divisque cœlitibus, pro felici Electione Michaëlis Koribut, à *Theod.* & *Alexandr.* COMITIBUS a BUTHLER, Succamer. Regni Polon. consecratæ, d. 22. Julii, *ib.* f. (5 Gratulatio sermone gentilitio scripta à *Cypriano* ZOCHOWSKI, S. Theol. D. *ibid.* f (6. Corona novæ regni felicitatis, ex boni ominis nomine Michaëlis, & ex aliis auspiciis, à *Colleg. Varsav. S. J.* contexta, eidem Serenissimo, ipso inaugurationis ejus ac nominali die, dedicata per D. *Steph.* BRANICKI, Maresch. Cur. Reg. & Capitaneum Stobnicens. *Varsav.* f typis *Elertianis.* (7. Vaticinium Regale, sub auspicatissima Coronatæ Majestatis primordia Seren. Michaëlis, heroica poësi celebratum, & à *Polona Societ. Iesu* fausti ominis ergo oblatum, autore *Alex.* LOVENCOVIC, *S. I. Cracov.* f (8. Sarmatia cive patriæ coronata, inter publicos Regiæ Inaugurationis plausus sub adspectum regnis imperiisque data, è voto S. J. *inf.*; quæ Oratio etiam extat in *Io.* KWIATKIEWICZ, *Oratore Peripatet. Calisfii* 1680. in 12. publicato. (9. Septizonium triumphale, à M. *Stanislao Iosepho* BIEZANOWSKI, Phil. in Acad. Cracov. D. & Ord. Poës. Prof, opere literato erectum die 29. Septembr. *Cracov. fol.* (10. Diadema gloriæ felicibus auspiciis Seren. Michaëlis, favente cœlo, triumphante Rep. Cracoviæ in æde S. Stanislai, die Principi Angelorum

lorum dicata, Coronam ſuſcipientis, conſecratum à *Ioach.* PASTORIO, *Cracov.* 1659. f. & cum ejus *Floro Polon.* edit. *Gedan.* 1679. 12. p. 765. (11. Carmen acroſtichum Coronationi Regis applaudens *Sophiannæ Bernard. a* BERNICZ, Natæ CORBINIANÆ, in *fol.* (12. Munus Civile Regi ſuo à fideli ſubdito oblatum, autore *Veſp.* KOCHOWSKI, *Cracov.* in 4. (13. Carmen elegiacum *Io. Pet.* TITII, *Gedani* edit. 1669. f; & aliud, quo inter gaudia ſolenniſſima publica, Muſarum Gedanenſium lætitiam exprimere voluit, *ib.* in f. (14. Solennitas Coronationis Regiæ, quam Jubilis patriæ accinebat *Andr.* JASKI à JASKINDORF, *Ged.* in *fol.* Conciones eo tempore gratulatoriæ variæ editæ ſunt, ut *Gedani* duæ *Nath.* DILGERI, & una *Mich.* FALCKII; *Elbingæ*, *Chriſtoph.* FEIERABEND; *Thorunii*, *Ioh.* NEUNACHBAHR. Sub initium ſtatim regiminis *Andr.* OLSZOWSKI, Epiſc. Culm. Procancellarius Regni ac Legatus Regius, ad Ordines Civit Gedanenſis, antequam S. R. Maj. fidelitatis & ſubmiſſionis juramentum præſtarent, A. 1670. d. 9. *Junii*, Sermonem habuit, qui cum Reſponſo, nomine Senatus & Ordinum, per (Dn. *Barth.* FRANCK,) Civitatis t. t. Syndicum, typis excuſus eſt in 4. Ejusdem, Illuſtriſſimi Legati Sermo pro deſponſanda Michaeli, Regi Pol. MARIA ELEONORA, Imperatoris filia, d. 13. *Decembr.* 1669. habitus, legitur latine & germ. in *Append. Diar. Europ.* P. XX p. 309, ſeorſim antea in 4. latine publicata. Ibidem quoꝗ P. XXVII habetur Regis Mich. Teſtamentum ſcriptum *Lubl.* 1673. ſtylo germ.; it. Epitaphia, mauſoleum, tumuliꝗ inſcriptio, latino ſtylo, cum *Ioach.* PASTORII & *Adriani a* LINDA, diſtichis. Tædis Regiis, Poloniarum orbem ſereniſſimo auguſtiſſimoꝗ jubare colluſtrantibus, Ao. 1670. *Gedani* etiam applaudit *Ioh. Pet.* TITIUS, *f*; a quo inſuper *Cyneas Polonicus*, cum Jusjurandum Sereniſſimo Poloniarum Regi, A. 1670. d. 9. *Jun.* à Civitate Gedanenſi præſtitum ſuſcepiſſet, Epigrammate feſtinantiſſimo celebratus eſt *in* f. In eundem nexum nuptialem Carmen edidit *Ioach. de* HIRTENBERG PASTORIUS, *Ged.* 1670. f, qui præterea Auguſtum Diadema Seren. Reginæ d. XIX. *Oct.* 1670. Varſav. ſolenniter impoſitum, quibusd. Anagrammatibus celebravit *Ged.* in f. Cupreſſum Serenisſimo Poloniæ Regi *Leopoli*, A. 1673. d. X. *Nov.*

Novembr. defuncto, poſuit *Io. Pet.* TITIUS, f. Eandem Victoriam Regis poſthumam, Carmine heroico, *Gedani* 1674. f. excuſo, deſcripſit *Andr.* JASKI. Sic etiam Dîs. (*Regis*) Manibus, de immanisſimis hoſtibus Ottomanigenis ad Chocimum disjectis obtritiſque, die poſt emortualem primo, glorioſiſſime triumphantibus, victrices Coronas ſuſpendit ſacravitque B. *Godofr. a* PESCHWITZ, (*Cos. Gedan.*) in f. Splendor Corybutæi Sideris, inextinctus, in funere Michaelis, P. R, æternæ optimi Principis memoriæ, *a Matthia* BROCKI, Ph. D. & Prof. Cracov. lugubri carmine conſecratus eſt, *Ibid.* A. 1676. d. 31. *Januar.*

§. XXVIII.

Johannis Sobieskii.

JOANNI SOBIESKIO Coronam faſceſque Regios 1676. capeſſenti, applauderunt: (1. *M. Martin.* WINKLER, Crac. *Prof.* Eloq. in Panegyrico, in primo ad Regni metropolin ingreſſu eidem e voto publicæ lætitiæ conſecrato. f. (2. *M. Stanislaus Ioſephus* BIEZANOWSKI, *Prof.* Cracov. in Hecatombæa ſcuto Regali ſacra, binas Panegyres complexa, quarum prima exponit auguſta ad electionem Regiam opera, ſtylo ſoluto; altera auguſta ab electione Regia opera, ſtylo ligato exhibet. f. (3 Illuſtris Juventutis nomine *M. Alex. Petrus* REMBERT, Prof. Poëſ. Novodvorſcianus, in Parnaſſo Novodvorſciano, Joanni III. cum Apollinis & Muſarum feſtivo concentu, dedicato. f. (4. *Georg. de* SIECIN in KRASICZYN KRASICKI, Caſtellanides Premisl. in Scutata Sarmatiæ Aquila, ſub Regali Clypeo Joannis III repræſentata. f. (5. *Alexander* MORSTIN *de* RACIBORSKO, Capitaneides Kovalienſis, qui Carmine heroico eidem applaudit. f. (6. *Ioh.* SZEMIOTH, Succamer. Vend. in Regali Sarmatiæ clypeo, oſtenſo in Joanne III. f. (7. CONVENTUS RUPELLANUS, Fratrum Ord. S. Pauli I. Eremitæ, in Armamentis gloriæ Invictiſſimi, Victorioſiſſimi, Glorioſiſſimique Principis, Joannis III. erectis, & in titulos diſtributis. f. (8. *Ioh.* KWIATKIEWICZ in Marte Polon. coronato, qui etiam extat in *Orat. Perip. Caliſſ.* 1680. 12. edito. (9. B. D. *Ægid.* STRAUCH, qui inſignia Ianinorum, è quorum familia Sobieſcii oriundi, Carmine expoſuit f; ac præterea Conc. gratulat. germ. edidit, quæ legitur in

in *Ejus* Starck- und Milch-Speise/ p. 909. (10. *Io. Pet.* TITIUS, qui Carmen ſcripſit in Electione Joannis III. A. 1674. menſe Majo, *Gedani* celebrata, in *fol*; item aliud in coronatione Regis A. 1676 f; & adhuc aliud, cum fidei ſcaramentum à Civitate Gedan. præſtitum, ſuſcepiſſet: cui jungi & illud debet, quo MARIÆ CASIMIRÆ, Reginæ Pol. auſpicatiſſimum in urbem Gedanenſem ingreſſum, A. 1676 d. 20. *Auguſti* celebravit, f; & aliud ad ingreſſum Sereniſſimi Regis Joannis III. in eandem Civitatem, A. 1677. Kal. Aug. *Ibid. in folio.* (11 *Ioach.* PASTORIUS, cujus Ægis Palladia in Johannis III. R. P. clypeo gentilitio, A. 1676. 11. *Febr.* ſub ipſam inaugurationis Regiæ ſolennitatem adumbrata, ſeorſim 1676 f. & deinde cum ejus *Floro Pol.* 1679. 12. p. 822. prodiit. (12. B. *Chriſtoph.* BEHR, infra repetend⁹, cujus Exultans Flammula, quam in Sereniſſimi Johannis III. coronatione accendit, exiit *Gedani* 1676. f. (13 *Georg.* WACHSCHLAGER, Legationis Svecicæ Secretarius, qui Carmen gratulatorium, Sereniſſimo Johanni III. ſacrum, edidit in f. (14. Dn. *Johannes* KRIEG, Sch. Mar. R. qui in coronationem Elegiam edidit. f. *Ged.* 1676. (15. *Io. Nic.* WEBER, ejusd. Sch. olim Con-R. qui eand. ſolennitatem Carmine celebravit *ib.* f; & inſuper Laurum Sarmaticam, lætiſſimo Sarmaticæ pacis nuncio accepto, A. 1676. alio carmine exhibuit *Ged.* in f. (16. *Car. Fried.* SCHMIEDEN, qui aliquot diſtichis Serenisſimo Regi Thronum Regium conſcendenti gratulatus eſt *fol.* Eidem Regi à KWIATKIEVICIO dedicata eſt Laurus prodroma, ſeu Carmen triumphale de Victoriis Turcicis *loc. c.* Pariter ob Viennam ab obſidione Turcarum liberatam, Romæ ab *Antonio* MALAGONNELLIO, *Florentino*, habita fuit oratio panegyrica, quæ reperitur inter *Oratt.* ejus, cum *Epiſtolis, nomine Cardinalium S. R. E. ex Comitiis Vaticanis ſcriptis*, (*Romæ* 1697. 12.) *Orat. II.* itemque ſeorſim ad exemplar *Florentiæ* recuſum *Gedani* 1684. 4*to*. Ob eandem victoriam, cum Rex divino munere ac beneficio, Victor ac Triumphator prægloriosiſſimus, Regiam ſuam Cracoviam ingreſſus eſſet, Palmæ ejus celebratæ ſunt in Athenæo noſtro Gedanenſi, à ſæpe nominato b. m. *Ioh. Petro* TITIO, Eloq. & Poeſ. Prof. 1684. die 13. *Jan*, jubente Magnifico Patrum Ordine

dine: de qua victoria etiam *Thorunii* verba fecerat Excell. Dn. *Jo.* SARTORIUS, Gymn. Thor. eo tempore Prof. dignisſimus, A. 1683. *M. Oct.* f. In Belgio *Petrus* FRANCIUS, Poëtarum ſui ſeculi facile Princeps, A. 1687. *Laurum* dedit *Europæam*, qua, *ode II*, Joannis III. Victorias facunde celebravit. Add. quæ in *Novis Reip. litter.* A. 1684. p. 178. ſqq. habentur. Alias honor Serenisſimi Johannis III R. P. duodecim inſcriptionibus coronatus, autore KOLCZYCKI, prodiit *Cracov.* 1675, f. Sic etiam *Chriſtophori* MARQUARDI Oratio extat in Diem nominalem JOANNIS III. *Francf. Od.* 1683. f. Pariter commendavit Sereniſſimum illum Regem D. *Mich. Anton.* HACKI, Abbas quondam Olivenſis, Carmine Heroico doctiſſimo, quod extat in ejus *Apolline Heroico* & *Lyrico*, *Olivæ* 1692. f. excuſo. Quo pertinent EJUSD. Carmen Acroſtichon, in Regem Joannem III. ſingulari artificio contextum, & *Matth.* PRÆTORII *Marti Gothico*, *Olivæ* 1691. f. excuſo, una cum alio ſuccincto & nervoſo ejusdem HACKII poëmate, adjectum; Item, Hilaria Auguſta, Nuptiis *Sobieſcianis* & *Palatinis* dedicata, f; Applauſus item anagrammaticus JOANN. III; & alia quædam, in Regem & Regiam Domum carmina. *Matthæus* ille PRÆTORIUS, Stargardienſ. Præpoſitus *&c.* Regium Scutum Monarchæ Poloniarum perennatura gloriæ fama poſteris conſignatum, ſive Carmen germanicum ob Sereniſſimi Regis Joannis III. victoriam, d. 12. *Sept.* 1683. a Turcis & Tartaris in obſidione Viennenſi obtentam, publicavit *Olivæ* 1684. f; qui præterea Applauſum Sarmatiæ, ſive Acclamationem in nuptiis Illuſtriſſimi Poloniæ Principis JACOBI LUDOVICI cum HEDWIGE ELIZAB. AMALIA, Comite Palatina Rheni, A. 1691 d. 25. *Martii*, *Varſaviæ* celebratis, verſibus Germanicis edidit *Dant.* eod. anno *fol.* Ejusdem Regiæ prolis JACOBI SOBIESCII nuptiis cum memorata Principe in panegyri ſolenni Thorunii applaudit antea laudatus Clariſſimus Dn. SARTORIUS, hodie Athenæi noſtri Decus, cujus *Scutum Sobieſcianum* hac occaſione impreſſum fuit *Thorunii* 1691. f. Horundem Serenisſimorum Sponſorum Magnificentiam, Regio eximiarum virtutum opere excitatam, & ad auſpicatum hymenæum, e voto lætitiæ publicæ celebratam, prædicavit M. *Mart.* OSLINSKI,

XI, Prof. & Canon. Cracov. Similiter Solennia nuptiarum MAXIMILIANI EMANUELIS, Bavar. Electoris, *&c*, & THERESIÆ CUNIGUNDÆ, Filiæ Regiæ, Polon. Principis, A. 1694. *Gedani* D. *Io.* SCHULTZIUS, Jur. & Hist. t. t. ib. Prof. Sermone gratulatorio; *Thorunii* vero, auspiciis inclyti Senat. Thorun. Excell. Dn. *Io.* SARTORIUS, modo laudatus, Connubiali Leonis Bavarici cum Aquila Sarmatica Fœdere; & *Halæ*, *Ioach. Henr.* SCHRADER, Nuptiali Panegyrico (cujus autor est Dn. *Christoph.* CELLARIUS,) coluerunt: quibus *Matthæi* PRÆTORII, Parochi Stargard. S. R. M. Polon. Historici & Secretarii, carmen germanicum jungi debet, in iisdem nuptiis decantatum. & *Gedani* editum 1694. *fol.* Alii adhuc alio in argumento fuere occupati: Ut, cum Rex valetudini restitueretur, idem laudatus Dn. *Ioh.* SCHULTZIUS, A 1694. d. XIII. *Maji*, ejus laudes solenniter hic loci prædicavit. Ingressum quoque in Regiam hanc Civitatem, 1677. *Kalend. Augusti*, inter gaudia & plausus publicos, Vir optimæ recordationis, *I. P.* TITIUS, Carmine heroico prosecutus est. Et cum æterna memoria dignissimus Rex, A. 1696 d. XVII. *Iunii*, statione mortali decederet, *Magnas ejus Exuvias ferali Cupresso*, h. e. Oratione funebri, ex inclyti Magistratus *Thorunensis* Consulto, coluit *Io.* REZIK, Gymnasii Prof. & Visitat. qua merita fortissimi Regis in genus humanum, phænomenis etiam cœlestibus nobilitata, pariter & tropæa illius à genere humano emerita, explicantur. Præterea in funere Regis, jubente Magnifico Patrum Ordine, Orationem *Gedani* d. XIX. *Iulii* habuit Vir Cl. *νῦν ἐν ἁγίοις*, *Christoph.* BEHR, Eloqu. & Poës. Prof. Præter hanc adhuc aliam videre mihi contigit apud Cl. Dn. PRAESIDEM, Præceptorem ea, qua par est, devotione prosequendum, quæ eo præsente atque audiente, d. 5. *Decembr. Romæ* in Sacello Pontificio Quirinali ad INNOCENTIUM XII. P. M. à *Carolo de* AQUINO, S. J. habita, & seq. anno *in folio* ibi publicata est. Lessum ad Illustrissim. atque Excellentiss. D. *Ioh. Bonav. Corvin Krasinski*, Palatinum Plocensem, Augusto hoc Principe rebus humanis exemto, misit D. *Iohann.* SCHULTZIUS, *Gedani* 1696. f. Lublini deduxit Triumphale Regis Funus SOCIETAS J. Polona, Panegyrico, *ib.* 1697. in *fol.* excuso.

FRIDE-

§. XXIX.

Friderici Augusti.

FRIDERICO AUGUSTO, Polon. Regi solennia gratulationis exhibuit, nomine *Academiæ Vitenbergensis*, A. 1697, Vir meritis suis in rem literariam illustris, Dn. *C. S.* SCHURZFLEISCHIUS. Eodem A. prodiit Panegyricus *Acad. Lipsiensis*, & *Halensis Magdeburgicæ* f. Peroravit quoque de his Regiis fascibus nobilis Juvenis, *Io. Siegfr.* von Beichlingen / Equ. Misnicus in Acad. Fridericiana, d. 29. *Octobr.* 1697, quæ Oratio rursus Auctorem habet celeberr. Dn. CELLARIUM, ut ex *Catalogo Script. a Professoribus Halensibus editorum*, apparet. Ex Cathedra Ecclesiastica Coronationem regiam celebrarunt in hac Civitate præcipue, B. D. *Andreas* KÜHN, Dn. D. *Samuel* SCHELGUIGIUS, & Dn. *Constantin.* SCHÜTZIUS, quorum Sermones germanice typis vulgati sunt, in 4. Relatio de ingressu Serenissimi Regis in *Urbem Cracoviensem*, d. 12. *Sept.* 1697. germanice recusa est *Dantisci* 4, ex Polonico translata: Alia relatio de ingressu in *eandem* Civitatem, germanice in 4. exiit. Ejusdem Regiæ Maj. in *hanc urbem* ingressum, die 18. *Martii*, Anno 1698. omniaq; ejus solennia, ut & Orationes elegantissimas, a Magnif. Dn. JOH. ERN von der Linde / Reip. COS. & Syndico, hac occasione diversis vicibus ad S. R. M. habitas, exhibet accurateq; describit Dn. *Georg. Reinh.* CURICKE, quæ Descriptio figuris etiam ornata, prodiit *Gedani*, 1698. f: præter quam descriptionem adhuc alia extat, ab Autore, cujus Symbolum *Bonis Legibus*, i. e. *Balth.* LANGE, consignata, quæ german. *ibid.* exiit 1698. 4. Sub eundem ingressum, *Aquilam Poloniæ feliciter gladiis armatam*, Carmine heroico veneratus est antea laudatus *Christoph.* BEHR, Eloqv. & Poët. Prof; Præceptor post fata quoq; colendus. Nec reticendus Vir Nobiliss. Consultissimusq; Dn. *J. Gotofr.* a DIESSELDORF, Dicasterii huj. Civit. primar. Senior gravissimus, qui elegantissimum Carmen sermone vernaculo, eodem tempore Regi obtulit f, insertum Poëmatibus germ. von Hoffmanns-Waldau T. 3. p. 287; quali devotione alii etiam Serenissimum Regem tunc venerati sunt, ut Plur. Rev. Dn. *Samuel* VERCH, *Jo. Valent.* MEDER, Capellæ Musicæ Præfectus, *Jo. Andr.* THUMMEL. J. U. Stud. & *J. Jac.* SCHLAKOW, quorum Carmina germ. edita, prostant f.

Thoru-

Thorunii urbem cum Sua S. R. M. prima vice ingrederetur, *Syllogen Observ. aliquot Hist. politic.* è *Ser. R.* AUGUSTI II. *Nomine, Persona, Famil. Elect. &c. petitarum*, Regi obtulit *G.* WEND. Gym. R. *Thor.* 1698. *f.* Alias extat quoque Exitus & Exortus, Casus & Cursus in Regno Pol. uterque Regalis, uterque Fatalis, anno, alter 1696, alter 1697. contentus & luculentus, literis consignatus ac typis publicatus ab *Andr.* CARÆO, privato Pol. incola, *Berol.* 1698. f.

§. XXX.

Aliorum Magnatum Poloniæ.

Memoravimus præcipuas Regum Panegyres, aliaque similis generis scripta, facta Regum singularia spectantia. Sed procul dubio plura similia extant, à nobis prætermissa: quis enim omnes Panegyristas, scriptaque alia minora cuncta recensere valeat? imo vero longe major numerus illorum est, qui Poloniæ Heroas alios eodem studio collaudarunt, quos omnes accurate recensere nec possumus, nec usui illud esse credimus, cum ab eo Scriptorum genere minima tantum Historiæ Polonicæ notitia hauriri queat. Interim quia in hac classe Scriptorum aliqui occurrunt, qui Viros præ aliis illustres, aliaque argumenta egregia, Commentatione illustrarunt, hos quidem prioribus merito jungemus. Primum vero locum teneant *Simonis* STARAVOLSCII Sarmatiæ Bellatores centum & triginta, Elogiis historicis comprehensi, *Colon.* 1631. 4*to.* Ejusdem Ἑκατοντὰς sive Centum illustrium Poloniæ Scriptorum Elogia & Vitæ, impr. *Francof.* 1625. 4*to.* & *Venet.* 1627. 4. Idem de claris Oratoribus Sarmatiæ Tr. edidit *Florent.* 1628. 4*to.* Ejusd. Vita & miracula *Vinc.* KADLUBKONIS, exc. *Cracov.* 1642. 4. Hunc sequatur *Johannes* RYWOCKI, S. J. qui Ideam magni Herois, sive Illustrissimum Dn. *Leonem* SAPIEHA, Palatinum Vilnensem, Exercituum M. D. L. supremum Ducem, tredecim orationibus panegyrice descripsit, quæ prodierunt *Antwerpiæ* 1645. 4. Imprimis vero commemorandæ veniunt Orationes *Georgii Ducis in* OSSOLIN OSSOLINSKI, supremi Regni Pol. Cancellarii, quas nitidiori descriptas typo, nobis exhibuit *Georg. Försterus, Dantisci* 1647. 4, inter quas (1*ma* habita fuit Anno 1633. d. VI. *Decemb.* cùm nomine VLADISLAI IV. electi Magni Moschorum Ducis, URBANO IIX. P. M. obedientiam, ut loqui amant, præstaret. (2*da* d. XXVI. *Septemb.* 1637. ad FERDINANDUM

DUM III. Septemvirosque S. R. I. Principes, Ratisbonæ congregatos. (3*tia* ultimo *Mart.* 1621. Londini ad JACOBUM I. M. Britann. R, nomine SIGISMUNDI III. auxilium adversus barbaros poscentis (4*ta* ad Reginam Pol. LUDOVICAM MARIAM, d. X. *Martii* 1646, in qua Orator eam VLADISLAI IV. Sponsi nomine, salutat. (5*ta* d. XIV. *Januar.* 1633. ad Serenisf. *Venetiarum* Principem & Senatum. (6*ta* d. XXIIX. *Aug.* 1645, cum VLADISLAI IV. nomine, publica in *Colloquio*, quod *Caritativum* vocant, legatione fungeretur. Porro ex *Joachimi* PASTORII Panegyricis scriptis quædam supersunt, qualia sunt, quæ ejus *Palæstræ Nobilium*, *Francof. ad Mœn.* 1678. 12. editæ, adjuncta conspiciuntur, ex quibus huc pertinent: Gratulatio ad *Andr.* LESCZINSKIUM, Comitem de LESNO, Episc. Culmensem, cum anno 1650. Magni Cancellarii munus adiret, quæ seorsim prodierat *Elbing.* 1650. 4; item Panegyricus SIBYLLÆ MARGARETHÆ, Comiti DENHOFIÆ, Duci Silesiæ, Anno 1657. scriptus. Ejusdem Sylvis, *Gedani* 1656. 12. editis, (in quibus Poëmata, variorum illustrium Poloniæ Virorum laudibus dicata, continentur) adjecta est *Stella Aurea*, seu Panegyricus, SIGISMUNDI GÜLDENSTERNII honori dicatus, qualem etiam eidem illustri Viro consecravit *Conr.* THAMNITIUS, *Thorun.* 1649. f. Nec reticeri debet ejusdem PASTORII *Peplum*, quod vocat *Sarmaticum*, seu de præcipuis quibusdam Poloniæ Principibus & Proceribus liber, *Dantisci* sumtibus *Georg. Försteri*, 1653. 12. Ejusdem Calendæ Regiæ, qua Thorunium expugnatum JOANNI CASIMIRO gratulatur; itemque de præcipuis Beneficiis & successibus, quibus Divina Gratia S. R. M. & Remp. Polon. universam, nec non Principes Populosque fœderatos A. MDCLIX. decoravit, Oratio, in celeberr. Panegyri, præsentibus Cæsareis, Regiis, Electoral. Legatis, Gedani, d. 13. *Jan.* Anno 1660. ineunte, habita, ibidemq; in 4. impressa; nec non Oliva Pacis seu Oratio ob pacem Olivæ prope Gedanum sancitam, 1661. habita, hic loci seorsim in 4. prodierunt. Egregium ejusdem est Poëma, *Plausus Castalii* titulum gerens, ob auspicatum adventum Illustrissimi D. *Andreæ* OLSZOVII, Homagium fidelitatis, Serenissimi Poloniæ Regis nomine, à majoribus Civitatibus Prussiæ, & inter alias *Gedan.* anno

anno 1670. d. 9. *Iunii* ſuſcepturi, *Ged.* 1670. f. Denuo quoq; memorandus venit B. *Vincent.* FABRICIUS, *Hamb.* COS. quondam hujus Reip. ejusdemq́, per XXIII. annos Syndicus meritisſimus, *Varſaviæ*, 1667. in functione publica denatus, cujus extant Orationes Civiles ad Serenisſimos Potentisſimosque Poloniæ Reges, nomine Civitatis Gedanenſ. habitæ, quæ una cum Diſſertat. varii argumenti, Epiſtolis ad illuſtres Viros, Poëmatumque duabus Partibus, (quarum poſterior in edit. *Batava* non comparet,) accurante *Dn. Fried.* FABRICIO, Fil. nunc Magnifico hujus Urbis COS. iterum prodiere, *Francof.* & *Lipſiæ*, 1685. 8. Non minus *Io.* KWIATKIEWICZ, S. J. in Oratore Peripatet. *Caliſſ.* 1680. 8. vulgato, publica ut plurimum argumenta perſecutus eſt. Nempe præter illa, quæ jam circa inaugurationem MICHAELIS & JOHANNIS, Polon. Regum, adducta ſunt, conſecravit *Caſimiro Floriano* CZARTORYCKI, Archi-Ep. Gneſnen. Infulam Principem, Ducali Tiaræ annexam; *Andr.* OLSZOWSKIO quoque, Archi-Ep. Gneſn. Honorum non plus ultra, ſtylo maximam partem lapidari, exaravit. In obitum *Caſimiri Leonh.* SAPIEHA, compoſita fuit ab eodem, Meta ſagittæ Sapiehanæ, inſcriptionibus XIV. conſtans; præterea *Io.* WIELOPOLSCII, R. Pro-Cancell. & MARIANNÆ, Marchionis D'ARQUINIÆ, Reginæ Sororis, nuptias inſcriptione honeſtavit, cui tit. *Gemma Annuli.* Idem *Io. Stanisl. a* SBASZIN SBASKI, Epiſcopo Premisl. in primo cathedræ aditu, obtulit Zodiacum Polon. ſeu Faſciam infulatam; *Stanislao* autem de LUBRANIECZ DOMBSKI, Luceorienſi & Bertenſi Epiſc. ſecundas infulas exhibuit. Forte etiam ejus *Svada Civilis*, ut & *Phœnix Rhetorum*, *Vratisl.* 1679. 12. edit. in hunc cenſum venire poſſent, ubi habentur exempla variarum allocutionum & inſcriptionum, quæ Poloniæ ſtatum tangunt. Præterea extant Panegyrici Regales, Potentisſimi Regis, celeberrimi Ducis, inclyti Regni & Nobilium Polonorum laudibus contexti, per *Thomam* VITALEM, Ord. Prædicat. *Romæ* 1645. 12. qui libellus tres Panegyricos continet. Titulus *primi*, Schola Jagellona; *ſecundi*, Pius Æneas & Fidus Achates; *tertii*, Polonia Inclita regno. In *primo* LADISLAI IV. & Principum Regalis familiæ Jagellonæ; in *ſecundo* STA-

STANISLAI KONIECPOLSKI & *Nicolai* OSTROROG, in *tertio* Poloniæ, & Nobilium Polonorum laudes inſinuantur. Seorſim quoque prodierunt Septem CHODKIEWICII Heroes, Exercitus Lithuanici Duces, Illuſtrisſimum Dn. *Chriſtophorum* CHODKIEWICZ, Palatinum Vilnenſem *&c.* Vilnam ingredientem, gratulatione excipientes, quam Gratulationem *Petrus Caſimirus* LACKI, Orator Acad. Vilnenſis S. J. nomine Academiæ calamo complexus, Illuſtrisſimo Palatino Vilnenſi obtulit, A. 1642. f. Ejusdem Societatis *Vilnenſis* nomine *Via Auguſta* ad Serenisſimum Pol. & Svec. Principem *Carolum Ferdinandum*, Epiſcop. Plocenſem, domus ſuæ Fundatorem, ſcripta prodiit A. 1644. in *folio.* Non minus extat: Salutatio Celſisſ. Principis, Dn. *Janusſii* RADZIVILII, D. G. Birzarum & Dubincorum Ducis, *&c.* cum hoſtibus cæſis, pace reſtituta, Victor pius, felix ad ſuos rediret, gratulationis ergo ſcripta à *Val.* THILONE, *Regiom.* 1651. f. Item Ingreſſus illuſtrisſ. Dn. *Stephani in* CZARNCA CZARNIECKI in Leopolim, metropolitanam Rusſiæ urbem, poſt Hungaros, Coſacos, Valachos ac Moldavos, inſignibus aliquot cladibus affectos, 1657. ab *Anonymo* deſcriptus, & *Dant.* ſumtibus *Georg. Förſteri* editus 1659. 4. Item Adlocutio gratulatoria ad Celſisſ. S. R. I. Princ. Dn. *Georg.* LUBOMIRSKIUM, ſupremum R. P. Mareſch. *&c*, ſuper triumphatis, ductu ejus, in Borusſia hoſtibus, autore *Godofr.* de PESCHWITZ, (COS. olim Gedan.) *Gedani* 1659. f. Denique Triumphalis Soleatæ Virtutis Appia, qua illuſtr. Dn. *Vladislaus* ŁOŚ, Palatinus Pomeraniæ &c, ad trabeati Honoris Capitolium in frequentisſimo meritorum Comitatu, nobilibus deſideriis & affectibus deductus eſt, inter feſtivos Pomeraniæ applauſus, gratulatorio *Gedanenſ. Rozraževiani Collegii Societ. J.* obſequio ſalutatus A. 1685. f. Ab eodem *Collegio* habemus præterea Splendorem Olivæ in imagine virtutum Reverendisſ. Dn. *Mich. Anton.* HACKI, Abbat. Olivenſ. *&c.*, inter genethliacas D. Tutelaris *Michaelis* Arch-Angeli apprecationes, Confundatori & Benefactori ſuo præſentatum 1690. *in folio.* Orationes alias tam gratulatorias, quam funebres, vario tempore Proceribus Pol. dicatas, hac quidem vice, ſtudio prætermittimus, niſi quod ex prioribus ſaltem hoc, ubi vivimus,

vivimus, loco indicanda nobis videatnr D. *Jacobi* DZIALINSKI *S*agitta Dzialynia, famæ prodigiis pronubisque coronis armata in *Paulo Dzialinski*, Palat. Caliſſ. & *Magdal. Leſczinska*, Palatinid. Podlach, *Poſnaniæ* 1687. f. Ex poſterioribus autem nominanda præ aliis venit M. *Andreæ* ABREK, *Leopol.* Eloqu. in Academ. Zamoſc. Prof. Mulier Virtutis in *Cath.* ZAMOSCIA, Duciſſa Oſtrog. *&c.* ſuprema Regni Pol. Cancellaria, anniverſario obitus ejusdem die (qui fuit VI. *Octobr.* 1643) in Exequiis *A*cademicis ad imitandum Orbi exhibita, d. *ann. f.* Dum hæc jam typis deſcribuntur, forte in manus noſtras, beneficio Fautoris cujusdam, venit *Manipulus Orationum ab Eruditis Viris Polonicæ Nationis, diverſis temporibus & occaſionibus ſcriptarum, Romæ* ex typographia Heredum *Franc. Corbelletti*, 1659. *in* 4. cujus collectionis Autor eſt *Andreas* TRZEBICKI, Scholaſt. Plocenſis F, ut ex dedicatione ad Eminent. *Guidonem Card. Bentivolo*, apparet, qui præterea ſingulis Orationibus breve aliquod præloquium præmiſit. Occurrunt autem in hoc Manipulo *pag.* 1. Laudatio funebris SIGISMUNDI III. à *Stanisl.* LUBIENSKI, Epiſcopo Plocenſi, ſcripta: *pag.* 31. Oratio in eodem funere a memorato Autore dicta, p. 41. Oratio funebris SIGISMUNDI III. & CONSTANTIÆ, Reginæ, ſcripta a *Joan.* LIPSKI, Referendario Regni: p. 69. *Georgii* OSSOLINSKI, Regni Poloniæ Curiæ Theſaurarii *&c.* Oratio habita Romæ A. 1633, cum Seren. ac Potentiſſ. VLADISLAI IV. Regis Poloniæ & Sveciæ, electi magni Moſcorum Ducis nomine, URBANO VIII. Pont. Max. obedientiam præſtaret: p. 79. *Ejusdem*, ad Seren. Remp. Venetam Legati Oratio habita coram Venetiarnm Principe, aliiſque Proceribus d. XIV. *Jan.* 1633: p. 85. Panegyricus VLADISLAO IV. Moſcovitico Vilnam Urbem, debellatis hoſtibus, recuperatis provinciis, pace conſtituta, ingredienti, VILNENSIS Societatis JEſu Academiæ nomine dedicatus: p. 113. Arcus pacis novo ſine ſanguine Triumphatori VLADISLAO IV. Potentiſſimo Sarmatiæ Monarchæ, ab Expeditione bellica in Amurathem, Turcarum Imp. ſuſcepta, feliciter & auſpicato reduci, laureatisque Regni Ordinibus, triumphalem hanc portam una ſubeuntibus, inter publicos Europæ acclamantis plauſus, e voto *Soc. J.* religioſe

conſecratus: p. 135. Elogium funebre Seren. ALEXANDRO CAROLO, Polon. & Svec. Principi, a *Joan.* LIPSKI, ſcriptum: p. 145. Laureæ Academicæ, Seren. Polon. Regi, VLADISLAO IV. Vilnam ingredienti, dicatæ: p. 187. Theatrum gloriæ, Regi VLADISLAO IV. ab Academia VILNENSI, S. J. extructum & conſecratum A. 1636: p. 211. Triumphus, quem Divo CASIMIRO Principi, Seren. VLADISLAUS IV. Rex, magnifica ac pia in auguſtum Paternæ liberalitatis Mauſoleum deductione, A. 1636. 14. Auguſti *Vilnæ* exhibuit, Panegyrico repræſentatus: p. 247. *Georgii* OSSOLINSKI, ad S. Cæſ. ac Regiam Hungariæ & Bohemiæ Majeſtates, Septemviros-que Romani Imperii Principes, Ratisbonæ congregatos, Legati extraordinarii, Oratio, habita *Ratisbonæ* in Collegio Electorali, A. 1636. d. 26. *Sept*: p. 255. *Joann* LIPSKI, Epiſc. Culm. & Pomeſ. ad Ferdinandum Imp. Legati, oratio habita in Aula Cæſaris, coram ſua Cæſarea Majeſtate, d. ult. *Julii*: p. 261. Icon votorum Seren. ſponſis, VLADISLAO IV. & CÆCILIÆ RENATÆ Auſtriacæ, in auguſtas fortunatasque nuptias oblata ac dedicata ab Acad. VILNENSI, S. J. A. 1637: p. 305. Æternitas Seren. *Stirpis Jagellonicæ* Regum in VLADISLAO IV. orbi expreſſa, & eidem Seren. Regi, cum Vilnam, Lithuaniæ Metropolin, cum Seren. Regina CÆCILIA RENATA ingrederetur, ab Acad. VILNENSI, S. J. dedicata, qua ſeorſim ſinguli ſtirpis Jagellonicæ Reges tam ſtylo, quem vocant, lapidario, quam carmine ſapphico eleganter depinguntur.

§. XXXI.

EPISTOLÆ *ad hanc notitiam facientes.*

Digniſſimæ præterea recenſione, ſunt nonnullæ EPISTOLÆ, quales ſunt: *Joh. Mich.* BRUTI, *Veneti*, Regis Stephani Hiſtoriographi, Selectæ Epiſtolæ, quæ cum libro de Hiſtoriæ Laudibus, & alio Præceptorum Conjugalium, prodiere *Cracov.* 1593. 8vo, recuſæ cum aliis quibusdam opuſculis *Berolini* 1697. 8; in quibus epiſtolæ aliquot ad Regem, plures aliæ ad Poloniæ Magnates leguntur, quæ Lectoribus non ingratæ eſſe poſſunt. Reperio etiam ſeorſim *Francof.* 1590. 4. editam *ejusd.* Autoris, qui *S.* Cæſar. Majeſt. Hiſtoriographum ſe ibi appellat, Orationem ad

ad Polonorum & Lithuanorum Senatum de ERNESTI, Archi-Ducis Auſtriæ, & de univerſæ Familiæ Auſtriacæ laudibus, una cum Cenſura in orationem *Lucæ* CHWALKOWSKI, qua Sveci Principis petitio in Comitiis Varſavienſibus de novo Rege creando commendatur. Porro Epiſtolæ illuſtrium Virorum in III. Libr. digeſtæ, opera Rev. Dn. *Staniſl.* CARNCOVII, Epiſc. Vladisl. & Pomeraniæ, in lucem editæ ſunt *Cracov,* 1578. 4. ex quo rarisſimo libro multa ſingularia cognoſci poſſunt, quæ ab Anno 1564. uſque ad 1577. in Poloniæ regno acciderunt. Reperiuntur etiam in *Staniſl.* LUBIENSKI Operibus poſthumis, *Part.* 2. p. 435. tres Epiſtolarum decades, quæ ab Anno 1622. uſque ad 1638. exaratæ ſunt. Similiter ex *Martin.* RUARI Epiſtolarum Selectarum Centuria altera, *Amſt.* 1681. 8. edita; nec non ex *Staniſl.* HOSII Epiſtolis per *Staniſl. Reſcium* in ordinem redactis, & operum ejus Tomo ſecundo p. 145. ſeqq. inſertis, multa memorabilia de Regibus Poloniæ aliiſque hujus regni perſonis Illuſtribus intelligi poterunt.

§. XXXII.

Itemque POETÆ.

Ex POETIS præter *Clementem* JANITIUM, *Laur.* CORVINUM, *Conr.* CELTEM, *Sam.* SKRZYPNO TWARDOWSKI, *Rich.* BARTHOLINUM, *Jo.* MOCHINGERUM, *Joach.* PASTORIUM, *J. P.* TITIUM, *Jo.* KVIATKIEVICIUM, alioſque paſſim ferme memoratos, rerum Polonicarum notitiam adhuc juvare poterunt. (1. *Matthias Caſimirus* SARBIEVIUS, S. J. Sacerdos, incomparabilis Vates, ut audit *Lucæ Opalenio*, *Polon. Defenſ.* p. 92, de quo vid. etiam *Lubienskii* (qui plures literas ad eum ſcripſit) *Epiſtolarum Decad. I. Part. II. Opp. f.* 442. Ejus in Lyricorum Libris IV, aliiſque Epigrammatum, Ao. 1660. *in* 12*mo* editis, Variorum Poloniæ Illuſtrium virorum laudes decantatæ reperiuntur. (2. *Albert.* INES, S. J, qui præter Lyricorum Libros, & Epigrammatum Centurias VI. (non VII, ut eſt ap. *Ferd. Neoburgum*, Ephori curioſi, *Part.* 2. *c.* 1. *p.* 182,) *Cracoviæ* primum editas, & *Vratisl.* 1686. 12. recuſas, quibus celebria Poloniæ magnatum facta, ſvaviſſimo cantu exornantur, ſeorſim publicavit *Lechiadem*, ſive Ducum, Principum ac Regum Pol. ab uſque LECHO deductorum Elogia hiſtorico politica,

tica, & Panegyres Lyricas, in quibus compendioſa totius hiſtoriæ Polonæ Epitome exhibetur: quæ primum cum figuris æneis *Cracov.* 1655. 4*to*, deinde ſine illis *Francof. ad Viadr.* 1680. *in* 4*to* prodiere. (3. *Frider.* ZAMELIUS, Patricius & COS. Elbingenſ. qui Otiorum Delectum ſeu Horas Poëticas, *Elbingæ*, 1646. uno Vol. in 4*to* publicavit, inque eo varia, ſparſim antea à ſe in lucem emiſſa poëmata, collegit; e quibus præcipua ſunt, quæ noſtrum argumentum illuſtrant: Laus Druſidos ſeu ELBINGÆ patriæ deſcriptio Carm. elegiaco; Manipulus Epigrammatum Regiorum, quibus cum ampliſſimi Poloniæ Regni Decus & gloria, tum Auguſtiſſimi Principis ac Regis VLADISLAI IV. clariſſimi triumphi ac veræ Regiæ virtutes, partim ante Svecorum irruptionem, partim ipſo induciarum tempore, aſſeruntur; Oleæ præconium ſeu Pacis aſſertio; Hymenæus VLADISLAI IV. nec non RENATÆ CÆCILIÆ, celebratus centum Epigrammatis hexaſtichis; Epigrammatum Regiorum Manipulus alter; Deorum Heroumque Luſus, in quo Regina LUDOV. MARIA GONZAGA, utramque (quod dicitur) paginam implet; De GALINDIS ac SUDINIS vetuſtiſſimis Borusſiæ incolis, ad *Rob. Cruquium*, Virum Nobilisſ. Carmen hexametrum, in quo multa habet de veterum Pruſſorum lingua, unde etiam HARTKNOCHIUS illud ſuis de *Variis Rebus Pruſſiæ Diſſertt.* inſeruit p. 104. ſeqq. (4. *Rotgerus* zum Bergen, Regius Secretarius, Hereditarius in Braßnecken, cujus in Apolline acerbo-dulci ad SS. Mundi capita *&c. Regiomonti* 1651. 4. denuo publicato, extant ſeqq. Epigrammata: Ad VLADISLAUM IV. de ejus in Urbem Regiom. ingreſſu, ſcript. 1636. de quo ſupra; Plauſus Melicus, quo Auctor Polonorum victoriam & pacis federa, inter JOH. CASIMIRUM R. P. ac Tartaros Coſacoſque percuſſa, perſequitur; Planctus Melicus in obitum VLADISLAI IV; Plauſus Melicus ad JOH. CASIMIRUM, 1648, d. 17. *Nov.* electum, ac Cracoviæ d. 17. *Januar.* 1649. coronatum Regem Pol. (5. *Mich. Ant.* HACKI, Abbas quondam Olivenſis, cujus præter alia venuſtiſſima, quibus ſubinde delectatus fuit, poëmata, ex parte jam ſupra memorata, adhuc extant in *Apolline Heroico & Lyrico*:

JACOBI Principis Tyrocinium triumphale; *Mich.* RADZIEJOWSKI, Card. & Archi-Episc. Gnesnens. Honor Fortunatus; *Jo. Cas.* DÖNHOFII, Card. Eminentia summis proxima; DANTISCUM, *Pandora urbium Sarmatiæ, &c.* (6. *Danielis* HERMANNI, *Borussi*, "Regi Stephano à secretis, ut "Viri eruditi & vena poëtica pol-"lentis, Regisque STEPHANI gesta, eleganti poëmate ca-"nentis," meminit D. *Jo. Demetrius* SOLIKOWSKI, in *Paranesi ad Livones, Samoscii* 1600. 4. edita, p. 45. Longum illud poëma, quod deinceps in manus nostras incidit, inscribitur *Stephaneis Moscovitica*, seu de occasione, causis, initiis & progressibus belli, a STEPHANO I. contra JO. BASILIUM, Magnum Moschorum Ducem, gesti, & hoste represso fractoque, ad æquas pacis conditiones feliciter deducti, libri duo priores, cum tertii initio excusi *Gedani*, à *Jac. Rhodo* 1582. *in 4to.* (7. A Polonis multum æstimatur *Jo.* KOCHANOWSKI, cujus Varia Poëmata, Polonico stylo, sub finem seculi XVI. exarata, prodierunt *Cracov.* 1639 4. Plura forte similis generis poëmata occurrunt, quæ tamen nunc præterimus. Nec tamen sine piaculo omitti poterant, quæ nobis memoranda primo statim loco fuissent, Illustr. Viri, D. JO. ERN. SCHMIEDEN, Reip. Gedan. PRÆCOS. Senioris, & h. t. Præsidis splendidissimi, elegantissima Poëmata, variis occasionibus *inf.* in lucem edita, qualia sunt: Abdicatio CASIMIRIANA; it Gratulatio ad Seren. MICHAELEM publica felicitate coronatum; Umbra illustris, Sol ex nube, Opt. Max. *P*rinceps JOHANNES III. Rex Poloniarum, inter maximarum familiarum JOHANNIS CASIMIRI, Regis, & GEORGII WILHELMI, Ducis Lignicensis, Piastidarum ac Jagellonidum ultima funera, supremasque inferias, Cracoviæ *postrid. Kl. Febr*, A. 1676. coronatus; Polonia Respirans, Opt. Max. Principe JOANNE III. *&c.* quietem rerum A. 1676. 16. *Oct.* stipulato; Opt. Max. Principes, JOHANNES III. *&c.* & MARIA CASIMIRA Regina, *&c.* meta pulchri, justitia lætitiaque publica coronati; A sa Majesté la Reine de Pologne, pour le jour de son Entreé dans sa ville de Dancig, *le 20 d' Aoust*, 1676; A la gloire de la Reine sur le depart de sa Majeste de sa ville de Dancig le 7. de *Sept.* 1676; Opt. Max. Principi

cipi JOANNI III. Regi Heroi Strena; Fortunæ Regiæ Domus Augustæ Poloniæ, recens nato Principe *Kl. Maji.* A. 1680 auctæ; Ad Regem, cum Seren. Principi filio JACOBO, & Seren. ELISABETHÆ, Principi Neoburgicæ, sponsis, genialia festa, pompa Regia lætitiaque Europæ, apparaverat; Ad Opt. Max. Princip. JOANNEM III Regem Heroëm, ex Serenissimis Principibus, JACOBO LUDOVICO, & HEDWIGE ELISABETHA AMALIA, Neob. Avum; Ad Solem, pro Seren. JOANNE III. *&c.* diem Majestatis suæ nominalem, felicitate lætitiaque publica, apud Prussos celebrante, Votum; De Valetudine Regia ad Apollinem; Opt. Max. Principi, AUGUSTO II. Regi Heroi, *&c.*: de quorum venustate tamen cum satis dicere non valeamus, ea hic nominasse sufficiat.

§. XXXIII.

ACTA PUBLICA *ad* Sigismundũ III. *pertinentia.*

Sequuntur ACTA PUBLICA, quæ occasione Electionum, Bellorum cum exteris, Motuum Civilium, aliarumque Litium, tum publica tum privata negotia concernentium, variis temporibus edita fuere, quorum aliqua præcipue ad Seculum XVI. pertinentia, ferme antea, partim ex *Cromero*, *Pistorio*, *Guagninoque*, partim seorsim notavimus, qualia etiam infra circa res Lithuaniæ, Livoniæ & Prussiæ afferentur, quæ hic iterum repetere nolumus. Missis itaque illis, Actisque anteriorum temporum, illorum quæ Seculo XVII. agitata fuerunt, narrationem instituemus, in quorum recensione iterum Regum seriem sequemur. In hoc ordine cum primum locum teneat SIGISMUNDUS III, ad ejus Regimen sequentia scripta referri debent, (1. *Phil.* HONORII, Diss. de Novo in Polonia Rege eligendo, quæ extat in *Rep. Polon. Elzevir.* p. 422. (2. Causæ quare SIGISMUNDUS bellum Moschis intulerit, ad Rom. Imp. MATTHIAM missæ, in LUBIENSKII *Opp. posth.* f. 153. (3. Oratio Legatorum Hungariæ ad SIGISMUNDUM III. R. P. & Regni Ordines habita Cracov. 1595. exc. *Dantisci*, in offic. *Jac. Rhodi*, 1595. 4. & inter *Oratt. & Consult. de bello Turcico*, per REUSNERUM edit. *Vol III* p. 24. (4. Acta & Decreta Comissionum S. R M Pol. & Sv. Regiomonti in Annis 1609. & 1612 habitarum; Itemque Responsa, Cautiones, Transactiones & Diplomata circa Feudum

dum Ducale Prusficum, à S. R. *M*, Electori Brand. JO. SIGISMUNDO, & OrdinibusDucat. Prussiæ, concessa, *&c.* edita *Cracov.* 1615. f, & recusa *ibid.* in officina *Andr. Petricovii* 1633. f. Regniq; Constit. inserta. (5. Mandata Seren. D. SIGISMUNDI, Sv. & Pol. Regis, nec non Senatorum, Procerum & Ordinum Poloniæ ad D. CAROLUM, Sudermanniæ Ducem, exposita per Ill. Dnn. *Ericum* BRAHE, *Arvidum* GUSTAVI, *Stanisl.* DZIALINSKI, *Stanisl.* CZYCHOWSKI & *Nicol.* SAPIEHA, *&c.* Latinè & Svecicè, Anno 1596. 4. (6. Ausa CAROLI, SUDERMANNIÆ Ducis, (Regis patrui) adversus SIGISM. III. suscepta, mandato Regis edita, *Dantisci* 1598. 4. (7. *Dav.* (non *Iac.* ut est in Tomo I. *Catal. Thuan.* p. 438.) HILCHEN Clypeus Innocentiæ & veritatis pro SIGISMUNDO III. contra Luneburgensium & Rigensium calumnias, *Zamoscii* 1604. 4. (8. *Georg.* TRISAROLI Urbinatis (sive *Petri* BORASTI, ut est in Catal. Bibl. *Thuan.* T. I. p. 438.) Discussio calumniæ, quam adversus SIGISM. III. P. R. pro *Caroli* SUDERMANNIÆ Ducis perduellione, Legatus ejus *Jo.* SKYTTE ad M. Britanniæ Regem habuit Anno 1610. *in 4to.* (9. *Laur.* BOJERI, Sveci, Carolomachia seu Victoria SIGISMUNDI III. R. P. de *Carolo* SUDERMANNIÆ Duce, A. 1605. in Livonia relata, *Vilnæ* 1606. 4. (10. Descriptio germanica rerum inter regnum Poloniæ & Seciæ, occasione Livonicæ invasionis a CAROLO factæ gestarum, cum narratione de Tartaris, & descriptione eorum, quæ inter Poloniam & Domum Brandenburgicam Varsaviæ 1601 suscepta sunt, per magni nominis Jureconsultum, 1602. 4. *Item* Proceß des gantzen Handels zwischen Schweden und Pohlen / Ao. 1605. 8. (11. Rigensium Apologia ad SIGISMUNDUM, cur GUSTAVO ADOLPHO Seciæ Regi se subjecerint, unà cum Investitura *Christoph.* RADZIVILI Ducis, german. 1622. 4. (12. Mercurius Sarmaticus, seu rerum in septentrionalibus regnis in decursu 1605. anni gestarum Relatio, una cum descriptione germanica regiarum nuptiarum, ex Polon. lingua translat. *Mogunt.* 1606. 4. (13. Apologia *Mariæburgensium*, postquam Regi Seciæ se subjecerant A. 1626. d. 18. *Julii*, germ. 1627. *in 4to.* (14. Septuaginta graves & arduæ rationes, ob quas Regem

Regem Poloniæ, nec non Senatores & Nobilitatem regni, defensioni in Hungaria, Bohemia & alibi susceptæ, non adversari decet, *Posonii* per D. R. 1619. 4. Quibus deinde Responsio opposita fuit, quæ ab initio quidem sine Auctoris nomine prodiit, sed deinde auctorem ejus se professus est *Stanisl.* LUBIENSKI, Episc. Ploc. in cujus Opp. f. 163. legitur. (15. Panegyricus in laudem GUSTAVI ADOLPHI, Svec. Reg. autore *Elia* de NUKROIS (i. e. *Daniele* KRUSIO,) *Augustæ Trinobantum* 1628. 4, quem examinavit eo tempore *Amotus* KRUSIUS, *Syrenatæ*, A. 1628. 4; ut & alius Autor Anonymus in Censura ad panegyr. Senatui Gedanensi dicata, *Aug. Trinob.* 1628. 4. Secuta est *Eliæ* NUKROIS Palinodia ad Panegyricum in laudem GUST. ADOLPHI *Ibid.* 1629. 4, quam excepit SIGISMUNDI III. Pol. & Svec. Reg de bello Svetico Panegyricus apologeticus ad El. de NUKROIS scriptus à *Jacobo* ROY, *Gallo*, *Viennæ* 1629. 4. (16. SIGISMUNDI variæ Epistolæ ad Bohemos, Ungaros & Silesios, ut & illorum Responsa, tempore motuum Bohemicorum A. 1619. exarata, extant germanice in Act. Publ. *Mich. Casp.* LONDORPII, T. I. f. 846—851. (17. Ex ejusdem Collect. T. 3. f. 952—963. *Ludovici* CAMERARII & aliorum Epistolæ variæ, à Polonis post obtentam victoriam navalem A. 1626. in navi quadam Svecica interceptæ, quæ seorsim prodiere germanice 1627. 4. (18. Articuli pacis inter Polonos & Svecos A. 1627. propositi, *Ibid.* T. 3. f. 997. germanice. (19. Responsum Regis Pol. ad propositiones pacis, à Legatis Illustr. Ordin. Belgii factas, A. 1627. latine *Ibid.* f. 998. (20. Causæ, ob quas Regnum Pol. & Dantiscana Civitas inducias annuas cum Svecis pacisci non possint, germ. *Ibid.* fol. 1011. (21. Puncta, quæ Regni Svec. Cancellarius OXENSTIERNA Polonis pro induciis proposuit, germ. *Ibid.* f. 1043. (22. Conditiones pacis inter Reges Pol. & Svec. ad 6. annos, *Varsav.* 8 Oct. 1629. initæ, lat. *Ibid.* f. 1104. quæ germanice seorsim prostant 1629. in 4to. (23. *Jacobi* RUSSELII Legati Svec. Propositiones de Regni successore, Statibus Polon. exhibitæ, cum Sigismundus lethaliter decumberet, 1632. germ. *Ibid.* T. 4. f. 271.

Sub

Ad Vladislaum *IV*.

§. XXXIV.

Sub pacato VLADISLAI IV. regimine, hæc inter alia Acta præcipue memoranda veniunt: (1. Propositio Ducis Radzivilii ad Belgii Ordines Generales, de Electione VLADISLAI IV. exhibita 1633, quæ cum Ordinum Responso latine extat ap. *Londorp*. T. 4. f. 347. seqq. (2. Legati Polon. Zawadzkii Propositio ad eosdem Ordd. de telonio Svecorum Prussis aggravato, cum Legati Svec. *Lud*. Camerarii, Responso, 1634. german. *Ibid*. f. 349. seqq. (3. Literæ intercessionales Regis Pol. ad Cæsar. Maj. pro Silesiis, germ. *Ib*. f. 472. (4. Induciæ 26. annorum inter Reges Pol. & Svec. seu Pacta Stumdorffiana, ab oppido Prussiæ, in quo die 1/11 *Sept*. A. 1635. coaluerunt, nomen sortita, germ. *ibid*. f. 478—482. quæ latine leguntur ap. *Chwalkow*. de *Jur. publ. Regni Polon*. p. 239. & separatim *Gedani* ap. *Georg. Rhet* 1635. 4. cum adjecta Specificatione Commissariorum, & Ratificatione S. R. M. Pol; ex originali vernacule edita sunt. (5. Bericht von dem Frieden zwischen Pohlen und Moscau/1634. 4. (6 Frölische Zeitung von dem Türcken-Frieden/1634. 4. (7. Der Obrigkeit in Dantzig Ermahnung an die Gemeine/ wie sich dieselbe itzo/ da der Friede mit dem Türcken geschlossen/zu verhalten/ 1634. 4. Copia IV. Literarum Pacis, inter Reg. Pol. & Imp. Turc. confectæ, germ. *Dant*. 1635. 4.

Ad Johannem Casimirum.

§. XXXV.

JOHANNIS CASIMIRI negotia concernunt scripta, tempore belli Svecici maximam partem in lucem emissa, qualia sunt: (1 Oratio svasoria pro pace vel induciis impetrandis, A. 1655. ad Regem Svec. nomine Regis Pol. habita à *Christoph*. Prziemski, R. P. Cubicul. & Legato, quæ una cum Respons. per Epist. *Ern*. Paciani, & cum Regis Svec. Literis Universalibus, *Lipsiæ* 1655. 4. prodiit, & seorsim in *Actis Londorpii* T. 7. f. 1015. latine legitur. Hæc oratio quoque juncta est Epistolæ, quam H. Conringius (ille enim sub *Cyriaci* Thrasymachi nomine latitat) de Justitia armorum Svecicorum in Polonos, perque ea liberata à magno periculo Germania, ad *Andr*. Nicanorem scriptæ, & 1655. 4. latine, sequentique anno germanice variis in locis editæ, vulgavit. De quo scripto

pto judicium *Vinc. Fabricii* legi potest in *Epist*. ad *Ism. Bulialdum*, quæ reperitur in ejus *Oratt. p.* 556. Thrasymacho personato se opposuerunt tum is, qui *Lucæ de* Gabriis nomen assumsit, in Injustitia armorum Svecicorum in Polonos, A. 1656. 4; tum alii. Extant enim A. O. (*Andr*. Olszowski) Vindiciæ Polonæ, seu Responsio ad Literas Universales Caroli Gustavi, d. 28. *Jul. st. veter*. 1656. *Varsaviæ* publicatas, ap. *Försterum* (ut apparet) edita. Hanc secuta est *Nicephori* Nicoymii (è Grecia, ut se vocat, oriundi) Responsio ad Enumerationem Causarum, ob quas Rex Svec. Polonos bello adoriri quasi coactus sit, latine; quæ editio reperitur ap. *Londorp*. *T*. 7. *f*. 1119. & deinde etiam germanice 1656. 4; quo anno Conringius Apologiam Svecorum luci publicæ exposuit. Eodem tempore edebatur *Andr*. Nicanor. Responsum ad *Cyr*. Thrasymachi Epist. cum præmissa Diss. de Manifesto Svecico, cui titulus: *Brevis & præliminaris Enumeratio causarum, ob quas* Carolus Gustavus, *Svec. R*. Joh. Casimirum, *R. P. bello adoriri coactus est, Helmst. & Gedani* 1656. 4. quod Manifestum latine quoque exhibet *Londorp*. *T*. 7. *f*. 1001. Germanice prodiit illud *Stetini* 1655. & 56. 4. In specie huic Manifesto hoc tempore oppositum est Anonymi scriptum, cui tit. *Causæ, ob quas Rex Sv. &c. breves & præliminares, breviter limatæ & eliminatæ*, 1656. 4. auspiciis, (ut conjicimus) *Försterianis* editæ. Sed idem illud propugnatur ab Auctore *Anonymo* in der Behauptung des Königl. Schwedischen *Präliminar-Manifests* und der darüber durch *Cyr. Thrasymachum* auffgesetzten Schrifft / *Andreæ* Nicanori entgegen gestellet. 1656. 4. itemque in *Elucidatione* germanice edita 4. Adversus quam tamen rursus se defendit *Nicanor*, in *Eclypsi Elucidationis*, eodem stylo edita, *Ged*. 1656. 4. Separatim quoque extant Literæ R. M. Sveciæ ad Imp. Rom. de Bello Polonico, *Stetini* 1655. *in 4to*, ut & Nothwendige Anmerckung über das Königl. Schw. Manifest &c. Augsburg 1655. 4.

§. XXXVI.

Continuatio Actorum Jo. Casimiri.

De hoc bello Polono-Svecico, præter ea, quæ in *Diar. Europ*. passim, inprimis vero *Append. Part. VIII*. (ubi p. 225. *Pacta Bydgostiensia* quoque conspicies, infra a nobis cum aliis pacis

cis Tractatibus commemoranda,) & ap. *Londorp.* in *Act. Publ* *T. VII.* & *IIX.* habentur, quæque in *Indice generali* horum *Actorum* 1702. f. edito, copioſe ſatis recenſentur, & a nobis h. l ſigillatim propter eorum amplitudinem, & quod facili negotio in memorato *Indice generali Actorum Lundorpianorum* inveniri poſſint, non commemorabuntur; ſeorſim inſuper extant: (1. *H. I. M.* i. e. *Hector. Joann.* MITHOBII Tr. de Controverſiis Sveco-Polonicis, ſeu de Jure, quod in Sveciam Regi, ad Livoniam Regno Pol. nullum competit, A. 1652. 4. edita & eadem forma *Helmſtadii* cum præfat. Præceptoris *Conringii*, 1656. 4. recuſa. (2. Moriens Polonia, quod ſcriptum etiam germanice in 4. editum eſt. (3. Zwey Tractätlein / das eine genandt Roſſomalza, oder Schwediſcher Vielfraß / das andere / der Lappländiſche Doctor, 1658. 4. (4. Anatomia ambarum literarum Univerſalium Svecicarum ad Polonos ac Lithuanos, *Mariæburgi*, d. 1. & 8. *Maji* 1656. emiſſarum, latine primum, deinde etiam germanice edita, 1656. 4. (5. *Ambroſii* MELLILAMBII (ſub quo nomine latet B. D. *Jo. Balth.* SCHUPPIUS) Epiſtola germ. concernens Arma Polono-Svecica, de A. 1654. *&c.* quæ reperitur in *Schuppii Opp. german.* p. 399. *ed. Francof.* 1684. 8. Ibidem *p.* 413. eodem quoque ſtylo habetur Hollandica Confabulatio de bello duorum Septentrionis Magnatum, de A. 1657. (6. *Jo.* FRISCHMANNI, Regis Chriſtianiſſimi Legati, Argentorati quondam reſidentis, Viri, ob ſtylum lapidarium quem vocant, plane noti (cui expeditum ad ſatyras ſcribendas ingenium fuiſſe, ex vero alicubi judicat Dn. SCHURZFLEISCH in *Epiſtolis*, notante *B. Gryphio* in *Coll. MS. c.* 2. §. 15.) Animorum in Europa & vicina Aſia Motus de Svecici belli motu in Polonia, recuſi & aucti. *Upſal.* 1656. 4. ſequentiq; A. germ. translati, 4. (7. *Lucii* APRONII Obſervationes Magnatum Europæ, 1656. 4. (8. Regni Sveciæ Senatorum ad Senatores Regni Pol. *&c.* Literæ declaratoriæ ſuper miſſione MORSTENII, Internuncii Polonici, 1657. *in* 4. Eorund. Senat. Pol. Reſponſoriæ, *Lovicii* 1656. 4. (9. Rationes, ob quas Elector Brandenb. cum Rege Pol. iterum unire ſe debeat, germanicè *Ged.* ap. *Phil. Chriſt. Rhet*, 1657. 4. Quibus mox ſucceſſit fidelis Patriotæ Pruſſi, feſtinata Reſpon-

Reſponſio *XIII.* rationum illarum, eodem ſtylo exarata. (10. Copiæ literarum FRIDERICI WILHELMI, Elect. Brand. ad JO CASIMIRUM, R. P. una cum *hujus* & *Andr. de* LESNO, Archi-Ep. Gneſn. Reſponſoriis, ratione ſeceſſionis ad partes Svecicas, latine & germanice. 1656. 4. (11. *Sigiſm. Frider.* WARTMANNI Polonia ſuſpirans, Apollini in Parnaſſo per querulam Reginam Poloniam propoſita, germanice, *Francof. ad M.* 1656. 4. (12. Ejusdem Poloniæ ſuſpirantis continuatio *impr.* A. 1657. 4. (13. Cauſæ Regum heri & hodie inter ſe belligerantium, Gall. & Hiſp. *Sveciæ* & *Poloniæ*, expoſitæ & expenſæ ad juris & ſtatus rationem, Chriſtiano orbi cum figuris æneis inſcriptæ, à CR. *Muncrario Guilhelmo* SERLINO, 1657. *in 4to.* (14. *Andreæ* OLSZOWSKI, Legati Polon. Propoſitiones ad Electorem Mogunt. ob debellatum à Svecis Poloniæ Regnum, factæ d. 18. *Maji.* 1658. germ. *Francof.* 4. (15. *J.* GILENII, Conſiliarii Palatino-Simmerani, Triumphus Svecicus de Polonia & Boruſſia ſubjugata, 1656. 8. (16. Europæ itziger Zuſtand / abgebildet per *Juſtum* Knüpphelhardt / 1658. 4. Nec reticeri debet *Samuel.* HARTLIEBII, i. e. *Jo. Am.* COMENII Panegyricus, CAROLO GUSTAVO, Poloniam aggredienti, ſcriptus, *Lugd. Bat.* 1657. 4*to*, qui poſtea creditur Leſnenſis excidii cauſa fuiſſe. Hic panegyricus quoque in fine *Epiſt.* THRASYMACHI *de Juſtitia arm. Svec. in Pol.* conſpicitur, ubi literis *W. T. L. B. de B* Auctor ſignatur. Sed extat quoque Refutatio illius Panegyrici, ſub nomine *Apologetici contra Panegyr.* CAROLO GUSTAVO *&c.* *dedicatum, ad Religionis, Regis, Legiſque Polonæ defenſionem producti*, ſine die & Cos. typis tamen nitidisſimis in 4. edita, in quo Auctor, præterquam quod acerbe notetur, "Palponis etiam, non "Encomiaſtæ; alienæ laudis Decoctoris, non Oratoris; Men-"dacis, non Veridici; Placentini, non Veronenſis nomen promeruiſſe aſſeritur, ipſeque CAROLUS GUSTAVUS acriter perſtringitur. Illud Leſnæ excidium, cujus *Comenius* cauſa fuerat, ipſe COMENIUS deſcripſit, ſermone latino, 1656. 4. & LAGNERIUS, *Francof. ad Viadr.* 1657. 4. Memorabilem Obſidionem *Clari Montis Częſtochovienſis*, Deiparæ imagine à D. Luca depictæ, in Regno Polon. celeberrimi, ab exercitu Svecorum, Duce

Duce *Burch. Mellero*, Generali Legato, sub finem 1655. factam, stylo nitidissimo exposuit *Stanisl. a* KOBIERZYCKO KOBIERZYCKI, Palatin. Pomer. *&c*, eamque imagine B. M. V. & ectypo obsidionis ornatam edidit *Dantisci*, sumtibus *Georg. Försteri*, 1659. 4. Quo pertinet etiam *Nova Gigantomachia* contra S. Imaginem Deiparæ Virginis, in *monte claro Czestochoviensi* collocatam, per Sve. & alios hæreticos excitata, conscripta ab *Augustin.* KORDECKI, Ord. S. Pauli in Claromonte, Priore. *Cracov.* 1655. f.

§. XXXVII

Acta particularia, & in specie quoad Civitates Borussicas & Ducatum Curlandiæ.

Inter vicinas Regnoq; Poloniæ unitas regiones bellum hoc funestum, per aliquot annos etiam Prussiam, eheu! Curoniamq; adflixit. Ad illam generatim pertinent interceptæ binæ Literæ, quæ de *adversa Svecorum in Prussia fortuna*, stylo germ. in *4to* exaratæ fuerunt, itemque scriptum, cui titulus: Preußisches Haanen-Geschrey / 1656. 4. vulgatum. Speciatim vero in hac belli tempestate ad *Civitatem* GEDANENSEM spectant: Literæ *Regis Svec.* & Illustr. Ducis CROYENSIS, ac Comitis STERNBOCKII ad Gedanenses, & ad easdem *Gedanensium* Responsa, Mensibus *Martio*, *Aprili*, & *Majo*, A. 1656. scripta; quæ Literæ in gratiam eorum, qui germanica non intelligunt, latine conversæ, eodem anno in 4. prodierunt. In hac latina editione typographo visum fuit seriem temporum observare, & singulis literis singula responsa Gedanensium subnectere, secus ac in Germanicis edd. factum fuisse videmus. Eædem habentur etjam ap. *Londorp. T. 7. f.* 1144—1147. Porro Oratio quæ ap. *Londorp. l. c. f.* 1140 legitur, & à Comite OSTROROGO ad *Senatum Dantisc*, in Curia, Mense *April.* 1656. publice dicta fuit, è latino in germ. versa, & cum Judicio seu Animadversionibus quibusd. typis commissa est, 1656. *4to.* Has vero refutavit Auctor *Examinis stulti*, ut vocat, *judicii* (Examen Närrischer Gedancken /) à quodam Elbingensi, Svecis nimium favente, profecti, de Propositione OSTROROGI, ad Magistr. Gedanens. facta, A. 1656. *in 4to.* Quo similiter spectat die Beantwortung des Elbingischen Pasquills *in 4to.* De *Gedano* præterea extant Traur-Reden über die Zerstörung der Vorstädte in Dantzig/ 4. Item Der Stadt Dantzig sehnliche Thränen nach ihrem Könige JO. CASI-

MIRO, 4. *It.* Immota Gedanensium fides erga Seren. JOH. CASIMIR. & Remp. Polon. quam pro Concione sacra, *Dom.* 24. *p. Trin* in æde D. Brigitt. habita, germ. prædicavit *Severinus* KARWAT, S. J. Theol. ac Regi à Conc. aulic. *Ged.* 1657. *4to.* Facit huc Copia literarum de quæst: an status Evangelici, A. C. addicti, speciatim *Gedanenses*, spe promovendæ religionis, à JOH. CASIMIRO, Rege suo legitimo, ad Reg. Svec. deficere debeant? quæ una cum Universalibus JO. CASIMIRI de tolerandis, nec ullo modo violandis Dissidentibus in religione, stylo germ. edita est A. 1657. 4. (Autore *Nath.* DILGERO, Pastore Mariano.) Eodem tempore emittebatur in publicum Dialogus germanicus, inter *Nicol* Einfalt/ Wahrem Erenberg. &c. habitus de statu Dantisci *ibid.* 1658. 4; itemque Memoriale [Gedenck-Zettel.] acerbi prælii *Dirsaviensis*, inter Civit. Dantiscanam, militemque Svecicum & Brandeburg commissi d. 2. *Sept.* 1657. in *4to.* Qua ratione hujusdem belli tempore, *Cornelius* TROMPIUS, Hollandiæ Archithalassus, cum classe instructa Belgica, *Dantisco* in subsidium venerit, eandemque servaverit, refertur in *Vita Cornelii Trompii*, gallice edita *Hagæ C.* 1694. 12. Bello quasi jam confecto prodiere Articuli Pacificationis (Accords-Puncta) quorum tenore *Hauptum* Gedanense, huic Civitati d. 21. *Dec.* 1659. iterum cedebatur. Famosi hujus Propugnaculi *Nehringensis*, a Svecis A. 1656. muniti, & a Gedanensibus A. 1659. oppugnati, uberiorem Narrationem germanice edidit *Petrus* VOGETIUS, *Pastor* in Gottswalde / *Gedani* 1661. 4. ubi *Joach.* PASTORII, & J. P. TITII, de Haupto expugnato, carmina quædam adjecta sunt, seorsim antea publicata. Ejusd. Delineationem ichnographicam exhibuit *Georg.* à STRACKWITZ, Civit. t. t. Centurio & Archi-tectus germ. 1661. *f. maj.* Spectat huc quoque B. *Nathan.* DILGERI, Past. ad D Mar. Christl. Heers- und Kriegs-Predigt / aus dem 60. Psalm &c. gehalten / quæ homilia *Gedani* 1659. 4. excusa, Collegioq; huj. Civ. Sagato inscripta est. Occasione Urbis *Thorunensis*, a Rege Jo. Casimiro recuperatæ, sequentia tum edebantur scripta: (*a.* Puncta des Vergleichs/ zwischen Polnischen und Schwedischen Deputirten/ wegen Ubergabe der Stadt Thorn / d. 30. *Dec.* 1658. 4. (*b.* Calendæ Regiæ de auspicato Jo. Casimiri in

obſeſſum a ſe, & feliciter recuperatum Thorunium ingreſſu, *Dant.* per *Georg. Förſter.* 1659. 4. qui & *eod. ann.* Obſidionem Thorunienſem, ab *Iſidoro Affaita*, Archit. militari Regio, ichnographice delineatam in forma patenti excudit. (c. *Relation* von dem Abzuge der *Guarniſon* aus Thorn/ 1659. 4. (d. *Diarium* von derſelben Ubergabe/ &c. 4. (e. Freuden-Zeichen von derſelben Ubergabe/ 4. Reliquas Pruſſiæ civitates concernunt Tractatus ſequentes: Der Stadt Thorn und Elbing Warnung an Dantzig/ 4; Elbings Treuloſigkeit/ 1659. 4; Bericht von Eroberung der Stadt Graudentz/ 4; Recuperirung des groſſen Werders/ 1659. 4. Quibus addi poſſunt, quæ ap. *Londorpium* T. VII. & VIII habentur, in indice horum Actorum, peculiaribus titulis, accurate enumerata. CURLANDIAM quod attinet, de Rebus Svecorum ibi geſtis, deque JACOBI, Ducis Curland. ac Semigall. in cuſtodiam abductione, varia cum germanico, tum latino ſermone ſcripta, eo tempore in lucem emiſſa fuerunt, quorum præcipua ſunt: (1. Außführlicher und warhafftiger Bericht von Eroberung des Schloſſes Mietau/ und gefangen-Nehmung des Hertzogs. 1658. 4. (2. Warhaffter Bericht von des Hertzogs von Curl. gefängl. Wegführung nach Riga. 1658. 4. (3. Copie zweyer Schreiben/ das eine des Hertzogs aus Curland/ das andere aus Mietau den 10. Nov. 1658. (4. *Relation* der Schwediſchen *procedu*ren in Curland. 1658. 4. (5. Schwediſche in Schrifften verfaßete/ und mit Hand und Siegel bekräfftigte *Parole*, woraus J. K. M. von Schweden ſchlieſſen können/ was Unrecht dem Hertzog von Curl. geſchehen. 1659. 4. (6. Fides Svecica ſeu Plenaria Deductio, &c. 1660. 4. (7. Schwediſche Treu und Glauben/ darin die unverantwortl. *procedu*ren der Schweden durch den Feld-M. DUGLAS an den Hertzog in Curland verübet/ vorgeſtellt werden/ 4. (8. Appendix des Schwediſchen Spiegels. 1658. 4. (9. Defenſio Ducis Curlandiæ, Svecorum calumniis oppoſita, &c. Pro defenſione Svecorum ext. Tr. germ. exhibens cauſas, quibus Rex Sveciæ inductus præcipue fuit, Ducem Curl. è ducatu ſuo in cuſtodiam abducendi, 1658. 4. & ap. *Londorp.* T. 8. f. 482. Sed contra hunc Tr. mox vulgata eſt Refutatio emiſſarum pro parte Svecica Cauſarum, quibus prætendunt, Reg. Maj. Svec. addu-

ductam fuiſſe &c. cum oppoſitione verarum impulſionum, quibus Rex Sv. ſe paſſus eſt ſeduci, ſtylo germ. 1658. 4. & ap: *Londorp.* T. 8. f, 492. Idem ſcriptum quoque lat. prodiit 1660. 4. cui *Roberti* DUGLAS Univerſale ad Provinciæ Curland. incolas adjectum eſt. Alia refutatio germ. ſtylo excuſa eſt 1660. 4.

§. XXXVIII.

Pax Olivenſis, *aliique* TRACTATUS, *tempore* JO. CASIMIRI *initi.*

Poſtquam fatale illud bellum perpetua tandem Pax inſecuta eſſet, inter S. R. M. & Remp. Pol. ejusque Confœderatos ex una, & inter S. R. M. Regnumque Svec. ex altera parte ad Gedanum in Monaſterio *Olivenſi*, III. Maji 1660. inita & concluſa, illius Pacis Inſtrumentum, ſeparatim mox *Gedani* 1660. 4. ſumtibus *Jac. Weis*, R. M. Bibliopol. german. itemque lat. vulgatum eſt, deinde vero ſub tit. *Pactorum Olivenſium Anni* 1660. cum Ratificationibus articuli ſeparati ratione Traditionis Elbingæ, inſertum *Conſtitut. Regni* A. 1661. *Cracoviæ per Andr. Petricovium* impreſſis, *f.* 41. *ſeqq.* quod præterea cum Actis pacificationis extat ap. *Londorp, T.* 8. *f.* 651. ſeqq. *It.* in *Diar. Europ. P. IV. p.* 292. latine, & *p.* 331. germ. *collat.* cum *App. P. IIX.* à *p.* 1. uſque ad 106. ubi (quod ὡς ἐν παρόδῳ notamus) exhibetur quaſi Prolegomenων loco ad Deiparam Votum, quod JO. CASIMIRUS cum Proceribus Regni in Æde Leopolienſi ſolenniter vovit pro felici contra Svecos armorum ſucceſſu. Add. *Chwalkov.* de *Jure publ. R. P. L.* 2. *c.* 7. *p.* 281. ſeqq. (ubi annectuntur *p.* 327. Ratificationes articuli ſeparati ratione traditionis Elbingæ,) aliique Circa initia Tractatuum Olivenſium Orationem præſentibus Legatis Cæſar. Regis Pol. & Brand. *Gedani* in maxima frequentia habuit *Joach.* PASTORIUS, quæ ſub tit. *Auroræ pacis* prodiit tum ſeorſim, tum cum ejus *Floro Polon.* edit. *Ged.* 1679. 12. p. 705. Laudatus Autor præterea *Olivam Pacis* ſeu Orationem ob pacem Olivenſ. 1661. habuit, & in hac urbe in 4. edidit, ut alibi diximus. Præterea ſub hoc titulo eodem tempore Carmen publicavit *Jo. Pet.* TITIUS. *f.* Uti non minus Collegium OLIVENSE, eundem titulum retinens, edidit Gratiarum actionem ad S. Cæſ. Maj. reliquosque Seren. Reg. & Princip. Chriſtianos, quorum Illuſtr. & Excellentiſſimi Legati, d. 3. *Maji* 1660. Pacem orbi reſtituerunt, *Gedani* 1660. 4.

Præ-

Præterea Tractatus conclusæ pacis cum *Moschis* d. 30. *Jan.* 1667 latine ap. *Chwalkov. l. c. p.* 154. & germ. ap. *Londorp. T.* 9. f. 489. habetur: cum jam antea de Armistitio inter Jo. Casim. & Moschum, nempe an. 1656. 3. *Nov.* conventum esset, de quo *Jo. Augustin.* PASTORIUS, Cæsar. & Elect. Saxon. Historicus ac Protonotar. Apostolic. in *Laur. Act. publ. Francof.* 1658. 4. edita, p. 44. consuli potest. Sic etiam Fœdus defensivum inter Seren. Regem Seciæ, Electorem *Brandenb.* & Remp. Polon. 1667. 21. *Jun.* initum, latine legi potest ap. *Londorp. T. IX. pag.* 494. PACTA VELAVIENSIA inter Remp. Polon. & Seren. Electorem FRIEDERICUM WILHELMUM, d. 19. *Sept.* 1657. *Velaviæ* inita, & *Brombergæ* confirmata, quibus absolutum huic in Prussiam dominium concessum est, tum in *Collectione Tractatuum Pacis*; tum ap. *Londorp. Part.* 8. *f.* 170. & *Pufendorf. Rerum Brandeb. lib.* 6. §. 78. *seqq.* alibique obvia sunt. Qua occasione etiam tum varia scripta publicata fuere.

§. XXXIX.

Scripta ad motus intestinos fa. cientia.

Ad JOH. CASIMIRI regimen adhuc pertinet Manifestatio Innocentiæ D. *Hieronymi* RADZIEIOWSKI, Pro-Cancell. R. P. A. 1652. 4. in *Svecia*, ut opinor, edita, & Gallice etiam recusa; ad quem Varsavia Elbingam 1656. abeuntem Epist. scripsit *Matth.* BIÖRENCLOU, Secret. Sv. latine eod. Ao. in 4to. Apologia pro Illustr. Principe JANUSSIO Duce RADIVILIO, exercit. in D. L. Supremo Generali, circa idem forte tempus in 4. prodiit. Quæ ratione Confœderationis A. 1661. seqq. tam intra Regnum Pol. quam extra illud acta sunt, extant in *App. P. IIX. Diar. Europ.* Clasf. II. a p. 106. ad 271, ubi etiam P. XIII. *App.* 3. p. 1—304. habentur Polonico. Lubomirscica Acta publica, quæin causa *Lubomirskiana* ultro citroq; ab A. 1664 usque ad 1666. scripta, & typis divulgata fuere, quorum indicem *Appendici III. L. c.* præmissum, hic non repetimus, indicaturi ex iis saltem ea, quæ separatim in ipsius Illustr. Dn. *Georgii Sebastiani* LUBOMIRSZKI gratiam excusa nobis obvenerunt, ut sunt: *Equitis Pol.* discursus, exhibens Innocentiam memorati Principis, patriæ oblatus 1665. f. qui extat *Diar. Europ.* l. c. p. 225; Tubus Opticus ad perspiciendam Innocentiam Ejusdem, una cum

cum responsione ad evidentia figmenta sub titulo *Informationis* edita 1666. f. & in *Diar. Europ. l. c. p.* 265; It. Publicæ Innocentiæ Manifestum, bono publico porrectum A. 1666. & in *Diar. Europ. l. c. p.* 69. Sed ab Ejus adversa parte quoque editus est Processus Judiciarius, in causa Illustris & Magnifici GEORGII, Comitis in Wisnicz & Jaroslaw LUBOMIERSKI. *Varsav.* 1664 f. qui habetur *Diar. Europ. l. c. p.* 1. Generosi Dn. KOMORMICKI, Deputati è Palatin. Sendomiriens. Conventu, Sermo ad Regem habitus d. 26. *Junii* 1667. extat lat. in *Diar. Europ. P. XVIII.* p. 135. in quo Auctor, postquam gaudium de reducta tranquillitate publica contestat⁹ fuisset, præcipue in quosdam factioni Gallicæ addictos, Regiq; abdicationem regni svadentes, acriter declamat. De Actis spontaneæ Abdicationis JO. CASIMIRI jam actum supra §. XXVI.

§. XL.

Acta tempore Regum Michaëlis, Joannis, & Frid. Aug.

Vacante, per abdicationem Regis JO. CASIMIRI, Throno Polonico, plures Candidati eo tempore sese obtulerunt, quam in rem nonnullæ Epistolæ & Orationes, quæ seorsim etiam extant, leguntur ap. *Londorp. T.* 9. *p.* 686. *seqq.* Tum temporis lucem adspexit A. O. i. e. *Andr.* OLSZOWSKI, Episcop. Culmens. & Pro-Cancell. posteaq; dignitatem Archi-Ep Gnesn. adepti, Censura Candidatorum Sceptri Polonici in 4. & 12. excusa, cui opposita est Censura Censuræ Candidatorum, 1669. 12. In Censura Candidatorum numerus ad V. personas redactus est, *Moscum*, *Neoburgum*, *Condæum*, *Lotharingium* & *Piastum*, seu Polonum, ex quo Tr. rationes quasdam etiam excerpsit *Dn. Becman. in Med. Pol. Diss. XIX. th. IIX.* Eodem Interregni tempore prælo subjectum fuit *Floriani de* GURRY GURSKY Examen Sarmaticum, tempore Interregni celebrandum, 1669. 4. Itemque Scriptum stylo lapidari confectum, cui tit: *Comitia Warsavica de eligendo Pol. Rege*, A. 1669. *in 4to.* ubi Conspectus rerum in fronte præmittitur; nec non *Georgii* ULICOVII, seu potius *Joh. Christiani*, L. B. BOINEBURGII Demonstrationum Politicarum pro eligendo R. P. Specimen, *Vilnæ* 1669. 12. quem Librum merito suo magnificat *Boecler. Diss. de Util. histor. Univ.* p. 180. seqq: licet consilio, quo Regnum Neoburgico, Hero suo,

ſuo, conciliare cogitabat, ſucceſſus defuerit. Quæ tum temporis in favorem CAROLI Lotharingiæ Ducis acta ſint, tradunt *les memoirs du Comte de* CHAVIGNAC. Poſtquam vero MICHAELI (Piaſto) præ aliis t. t. regnandi onus impoſitum eſſet, eo quidem vivente, præter alia ap. *Londorp. T. 9. f. 692. & 789.* obvia, publicata fuere Puncta approbatæ Pacificationis ANDRUSOVIENSIS inter Regnum Pol. & Imp. Moſchov. quæ ex Polonico in latinum translata in Actu *Radzini, d. XVII. Mart.* 1670. exhibet *Chwalkov. Lib. II. de Jure publ. R. P. cap. 7. p. 384.* Articuli vero pacis inter MICHAELEM & CZARIUM, *Moſcuæ d. IX. April.* 1672. confecti, germ. leguntur ap. eundem *Londorp. T. IX. p. 815.* Eodem A. d. *X. Octobr.* Puncta tractatuum inter Regem Pol. & Imperat. Turcicum ſunt concluſa, quæ germ. extant in *Diar. Europ. P. XXVII. p. 402.* Occaſione hujus belli prodierat ZIMOROWICII Leopolis a Turcis, Tartaris, Coſacis, Moldavis, A. 1672. hoſtiliter obſeſſa, à M. *Jo. Stanisl.* MOSCICKI in lucem data. *Crac.* 1697. 4. Tempore memoratæ pacis editæ ſunt literæ de pace, Polonos inter & Turcas inita, à Miniſtro Brand. in Comitiis Varſavienſibus divulgatæ, una cum Reſponſione ad illas â vero Cive Polon. data *Freiſtadii* 4. Ad quæ etiam tempora ſpectat Proteſtatio, quam Seren. Regi & Reipublicæ, Legati Electorales Brandenburgici Varſavia diſcedentes, ſub tit. *Præcuſtoditionis* exhiberi curarunt 1670. 4; Itemque Cancellariæ Polon. Demonſtratio, Cancellariæ Elect. Brand. Declarationis & Expoſtulationis inconvenientia exhibens, lat. & germ. 1671. 4. Sub Interregno poſt obitum MICHAELIS, typis exſcripta eſt Apoſtrophe ad Sereniſſ. Poloniæ Candidatos, 1674. 4. Similiter prodierunt Orationes tres Nuncii Apoſtolici, Legati Gallici & Legati Lotharingici, habita in Conſeſſu Reip. Pol. pro Electione Regis congregatæ, 1674. 4. Itemque Diſcurſus ſuper Seren. Principe Daniæ GEORGIO, qui cenſeri poteſt unus e principalibus Candidatis ad Regnum Polon. 4; de quo præterea habetur Scriptum, cui tit: *Genealogica Deductio Seren. R. Daniæ* CHRISTIANI V. *ejusque Seren. Fratris, Princip. Daniæ* GEORGII, *a Piaſto ſextuplex, a Jagellone quadruplex*, 1674. 4; It. Oratio ad Seren.

Seren. Potentiſſimumque JOAN. III. R. P. habita à Legato Regis Sveciæ 1674. quæ cum ejusd. Gallica ad Reginam Oratione, typis Monaſt. *Olivenſis* in 4. impreſſa eſt; Nec non der Frantzöſ. und Polniſche Wahrſager auff das Jahr 1674. autore *Mart.* BARBE, Prof. Pariſ. in 4to. Poſtquam ſub regimine JOANNIS III. A. 1676. pax Turcico-Polonica in Campo DANOVIÆ BASSÆ concluſa eſſet, Articuli ejus latine & germ. evulgati ſunt, qui habentur in *Append. Diar. Europ. P. XXXVIII. p.* 273. Induciarum vero ad XIII. annos prolongatarum *d.* 17. *Aug.* 1678. contenta ſuppeditat *Chwalkov. L. 2. c. 7. p.* 389. Sequentium Annorum cum Turcis habita negotia illuſtrant, quæ ap. *Londorp. T. XI.* leguntur, quemadmodum *T. XII. f.* 515. habetur Pax offenſiva & defenſiva inter Reg. Pol & Moſchum A. 1686. concluſa. Bello Turcico adhuc durante, elegans prodiit ſcriptum, quo Chriſtiani Principes ad bellum hoſti publ. inferendum excitantur, titulum præferens: *Tuba verum ſpargens ſonum ſuper ſceptro Nationum.* Cui ſimile ſcriptum ſuo tempore edidit *Simon* STARAVOLSCIUS, & inſcripſit: *Ad Principes Chriſtianos de pace inter ſe componenda, belloque Turcis inferendo Protrepticon*, Impr. in 4. Similiter *Lipſiæ* ap. *Jo. Frid. Gleditſch*, 1685. *in 4to* impreſſus eſt Tr. germ. cui tit. Das kaltſinnige Pohlen gegenſt die Türcken / &c. in quo Lib. cauſæ, ob quas arma Polonorum contra Turcas deferbuerint, unice a ſubdolis Gallorum machinationibus arceſſuntur. Ejusdem commatis eſt Tr. alius, qui A. 1688. 4. vulgatus eſt ſub tit. Der nach der Frantzöſiſch Pfeiffe tantzende Polack / &c. Denique Pacis, quæ inter Seren. Regem AUGUSTUM II. & Remp. Pol. ab una, & inter Imper. Ottoman. ab altera parte, ad CARLOWICZ in Sirmio Ao 1697. in Congreſſu generali Confœderatorum Plenipotentiariorum, inita fuit, Inſtrumentum ſeorſim in forma majori excuſum conſpicitur. Qua occaſione etiam prodiit Dn. *Dav.* CZERNIEWSKI, *Con-Rect. Schol. Mar.* Exoptata Pacis Oliva è felici Comitiorum eventu, *Ged.* (1699) 4. Quæ deinceps inter alte memoratatam S. R. M. & Electorem t. t. Brandenb. occaſione Civitatis *Elbingenſis* edita fuerunt; reliquaque ſcripta omnia, quæ partim poſt electionem Seren. AUGUSTI pro Gallica factione & contra eam, partim

partim post exarsum cum Svecis bellum, quod, dum hæc scribo, sopitum fertur, ultro citroq; a variis varie publicata fuerunt, & ex parte etiam cum aliis nonnullis, in *Fama Europæa, Epistolis* (ut audiunt) *interceptis*, aliisq; similib⁹ libellis germanicis leguntur, cum in omnium adhuc manibus versentur, recensere hoc quidem loco jam non vacat, nec forte expedit.

§. XLI.

JURIS PUBLICI *Polonici Scriptores Universales.*

Ad Polonici Regni notitiam omnino quoque faciunt JURIS PUBLICI (ut vocantur) Scriptores, quo nomine intelligimus illos, qui statum politicum tum universim, tum speciatim, juraque omnia istius Regni descripserunt. Delineationem Locorum Communium talis specialis Politiæ Polonicæ quondam fecerat *Barthol.* KECKERMANNUS, olim Athenæi nostri Prof. celeberr. quæ post ejus obitum a *Dan.* BRESLERO, *Dantiscano*, edita, operibusque KECKERMANNI *Genev.* 1614. f. publicatis, *Tom.* 2. *p.* 1289. inserta est. Ex instituto vero hoc argumentum, utut compendiose satis, primus ex veteribus tractasse videtur *Stanisl.* KRZISTANOWICZ (falso ap. *Lipen.* in *Bibl. Philos.* & *Struv.* p. 754. RITZISTANNOVIC dictus) JCtus, cujus Compendiosa Status Regni Pol. descriptio, *Moguntiæ* primum 1606. 4. edita, habetur in *Rep. Polon. Elzevir* p. 1. ac præterea ex lat. lingua germanicæ consvetudini tradita, nuper sub tit. *Curieuse* Beschreibung des Königreichs Pohlen / *Cracoviæ.* i. e. *Lipsiæ* 1697. 8. cum adjecto Catalogo omnium Principum Regumq; Pol. prodiit. Pleniori vero opere Remp. Polon. politice illustravit *Nicol. de Chwalkowo* CHWALKOWSKI, Equ. Pol. & Ducis Curl. ad Aulam Regiam Polonam Residens & Consiliarius, edito *Regni Pol. Jure publico*, quod A. 1676. typis *Regiomontanis*, *in* 12. exscriptum, postea *ib.* 1684. 4. auctius exhibitum, figurisque aliquot æneis illustratum est. Cui Libro præmittitur *Sylloge Scriptorum de Rebus Polonicis*, quæ ipsa tamen non in omnibus Exemplaribus occurrit, sed saltem in quibusdam, iisdemque forte, quæ ante publicatam Autoris *Anonymi Exercitationem*, CHWALKOVIO oppositam, jam distracta fuerant. Hæc Exercitatio prodiit ἀνωνύμως (utut quidam, nec vane *Hartknochium* ejus Parentem faciant) *Gedani* A. 1685. 4. in qua de multis

multis rebus ad Remp. Polonam pertinentibus, itemque de Scriptoribus Polonicis specialia monita, non sine rigida interdum censura, quod & Collectores *Act. Erud. Lips.* A. 1686. p. 485. monent, afferuntur. Conjungendus cum CHWALKOVIO est *M. Christoph.* Hartknoch / *Passenheimensis Prussus*, Gymnasii Thorun. Prof. celeberr. qui, postquam prius Dissertationes aliquot de Rebus Polonicis, *Regiomonti*, 1674. 4. ediderat, deinde majori agmine Libros II. de Rep. Polonica, *Jenæ* 1678. 8. impressos, in lucem emisit, quorum prior historiæ Pol. memorabiliora, posterior autem Jus publ. Reip. Poloniæ, Lithuaniæ, Provinciarumque annexarum comprehendit; quibus in altera editione A. 1687, quo Auctor diem suum obiit, altero tanto auctiori, accessere II. Dissertt. historicæ, una de *Rep. Curonica Vetere & Nova*, altera, quæ etiam in priori editione videbatur, de *Originibus Pomeranicis*; Atque hæc eodem plane modo leguntur in tertia & quarta edit. *Francof. & Lips.* 1697. & 1699. *in 8vo* publicatis. Novissime cum magna diligentia integrum Regni Polon. statum delineare aggressus est *Nicol.* ZALASZOWSKI, J. U. D. Archi-Diac. Posnaniensis, qui edere cœpit Jus Regni Polon. ex statutis & consvetudinibus ejusd. Regni & M. D. Lithv. collectum, & Additionibus ex Jure Civ. Rom. Canon. & Saxon. nec non ex Constitutionibus provincialib. Gnesnens. auctum, historiisq; illustratum. Cujus magni Operis in 4. Libros & 2. Tomos distincti, Tomus I. in lucem publicam editus fuit *Posnan.* 1701. f. qui accurate satis recensetur in *Act. Erud.* A. 1702 p. 162 seqq. Tomus II, ut ab aliis accepimus, *Ib.* A. 1702. in publicum emanavit.

§. XLII.

Statuta, Privilegia & Constitutiones.

Ex illis, qui singulares materias tractarunt, maximus Auctorum, Jura regni illustrantium, numerus est. Ubi primum illos recensebimus, qui Statuta, Privilegia & Constitutiones Regni collegerunt. In quam classem initio referendus esse videtur *Johannes* LASKI, Cancell. Regni, & postea Archi-Ep. Gnesnens. cujus Statutum latinum, jussu Regis ALEXANDRI editum est 1506. f. Secuta sunt Statuta Seren. Dn. SIGISMUNDI I. Pol. Reg. &c. in Conventibus generalibus edita &

& promulgata, unaque cum Proceſſus Judiciarii formula typis exſcripta, ſine loco & tempore, *in folio.* Majori vero apparatu hanc ſpartam ornaſſe videmus *Jac.* PRILUSIUM ſeu PRZYLUSKI, Caſtrenſem Præmislienſis, & terreſtremCracovienſis diſtrictuum Notarium ac Ædilem, qui publica auctoritate in gratiam "præcipue D. SIGISMUNDI AUGUSTI R. P. inq; uſum "Reip. Leges ſeu Statuta ac privilegia Regni Polon. omnia, hac-"tenus magna ex parte vaga, confuſa & ſibi pugnantia, jam "vero ordine digeſta & conciliata Libris VI. (non VII. ut eſt "ap. *Chwalkov.*) comprehenſa, publicavit, ediditque partim in *Szczuczin*, partim in *Arce Cracovienſi* in ædibus ſuis, A. 1552. f. labore ac ſumtu proprio, ut Auctor in fine Operis teſtatur. Acceſſerunt etiam præfationes & Commentaria ex Regum Decretis, Conſvetudinibus Regni, variisque Scriptoribus ac Legislatoribus conflata. Index tamen rerum deeſt, & deſideratur, qui ordine alphabetico digeſtus, habetur in MS, quem ap. Magnif. Dn. PATRUUM, ſupra laudatum, accurate & nitide deſcriptum in f. videre mihi licuit. Deinde *Jo.* HERBURTI à FULSTYN, Regni Pol. Senatoris, (quem plenius §. XI. allegavimus) Statutum Latinum commemorandum venit, *Samoſcii*, 1557. f. excuſum; Poſthac etiam idiomate Polon. ex voluntate Deputationis, A. 1563. & 65. impreſſum *Cracov.* 1570. f. Idem Auctor deinceps quoque edidit Statuta Regni Pol. in ordinem alphabeticum digeſta, *Cracov.* 1563. 67. 70. & 1600. f.; qui Liber propter exemplarium inopiam, recuſus eſt *Dantiſci* ap. *Balthaſ. Andream*, & *Francof.* ap. *Godefrid. Tampachium*, 1620. f. ubi in fine *Stanisl.* SKZRISZOVIUS aliquot LL. ſubjecit, à *Jo. Felice* HERBURTO, JOANNIS F. acceptas, & ex veteribus quibusdam Codicibus excerptas. Paratitla Statuti Herburtani, cum applicatione Conſtit. Novell. in uſum fori controverſi edita, Praxique Juris Terreſtris accommodata, autore *Gregorio* CZARADZKI, JC. impr. *Poſnan.* 1620. 12mo. typis *Job. Roſſowski.* Ex LASKIO & HERBURTO collecta ſunt Statuta regni Pol. à *Jano* JANUSZOVIO, *Cracov.* 1600. *in fol.* latino-polonice vulgata, quæ Statuta, à CASIMIRO Magno, Succeſſoribusque ipſius, uſque ad tempora SIGISMUN-

MUNDI AUG. lata, ſiſtunt. Singulari modo juxta materiarum ordinem Statuta & Tabularia (*Metrika* Poloni vocant) Privilegiorum Regni exhibuit Polonice *Stanisl.* SARNICKI, *Equ. Polon. Cracov.* 1594. f. publicata. Integrarum vero Conſtitutionum, Statutorum & Privilegiorum, in Comitiis Regni, ab A. 1550. uſque ad A. 1637. (non 25. ut B. *Hartknoch.* bis poſuit cum in *Catal. Script. Polon.* tum in *præf.* Oper. de *Republ. Polon.* præmiſſis,) Polonica lingua latorum Collectionem, debemus *Andreæ* PETRICOVIO, J. U. D. & typographo Regio, *Cracov.* cum privilegio Vladislai IV. A. 1637. f. editam. *Ejusdem* ſtudio ſequentium Annorum Conſtitutiones uſque ad A. 1643. ſeorſim *Cracoviæ* editæ fuerunt. Ab hoc tempore Conſtitutiones variæ, Comitiis finitis publicatæ, partim *Cracoviæ*, partim *Varſav.* typis impreſſæ ſunt, ex quibus aliæ illarum, quæ ſceptra tenente AUGUSTO, latæ fuerunt, A. 1697. *Cracoviæ* per S. R. M. typographum *Nicol. Schedel*, Scabinum Urb. Cracov; aliæ de A. 1699. *Varſav.* typis *Collegii Scholarum piarum*; denique noviſſimæ aliæ *Lublini*, 1703. è typographia *Collegii S. J.* prodierunt.

§. XLIII.

Compendia Statutorum & Conſtitutionum.

Compendia Statutorum & Conſtitutionum varii quoque Auctores exhibuerunt, quo ſpectat: *Pauli* SCZERBIC, Syndici Civit. Leopol. poſtea in numerum Secretariorum R. Sigiſmundi III. cooptati, Promptuarium Statutorum omnium & Conſtitutionum Regni Pol, quod latine, cum Indice Rerum & Verborum copioſiſſimo, editum eſt *Brunsbergæ* 1604. f. Similem in modum *Theod.* ZAWACKI, ex familia *Rogala* Equ. Pol. Brevem Collectionem Jurium, Statutorum & Conſtitutionum uſque ad A. 1613, lingua ſibi vernacula adornavit, quod opus *Cracov.* 1614. f. lucem adſpexit. Poſt illum *Albertus* MADALINSKI, Inventarium Conſtitutionum publicavit polonice, *Varſav.* A. 1632. f. quod aucto Conſtitutionum numero, opera *Joann.* DZIEGIELOWSKI uſus, prælo iterum donavit *Petrus Elert*, Typogr. Regius, *Varſaviæ* 1644. *f.* Illuſtriſſimoq; Principi D. *Georg.* OSSOLINSKI inſcripſit. Eodem ſermone *Marcianus Matthias* LADOVIUS Conſtitutionum Compendium 1685

1685. *Varsaviæ* edidit. Sic quoque post obitum D. JOHANNIS III. prodiit Promptuarium Legum & Constit. R. P. ac M. D. Lithuan. ad faciliorem indagationem publicamque utilitatem, speciosum in ordinem redactum concinnatumque per *Augustinum* KOLUDZKI, Judicem terrestrem Junivladislaviensem, impressum typis Academ. *Posnan.* 1695. f. Cum etiam Jus Polonicum hodie non tantum *Statutis* CASIMIRI, VLADISLAI & SIGISMUNDORUM, aliisque Constitutionibus Regni nitatur, sed præterea Jus *Saxonicum* quoque, *Municipale*, seu *Magdeburgicum* & *Culmense* interdum in subsidium vocentur, hac occasione non debemus prætermittere labores illorum, qui Jura illa in ordinem redegerunt, quos inter facile eminet *Barthol.* GORICKI, Vice-Advocatus Cracov. cujus ordinem (*Porzadek*) Judiciorum, negotiorumque civitatensium Juris Magdeburgici, Polonice auctius iterum edidit, Senatuique Dantiscano dedicavit *Matthias Andreoviensis*, Typogr. Cracoviens. *Cracov.* 1616. 4; ubi adjecti sunt *Articuli Juris Magdeburgici* seu Speculi Saxon. aliique Tractatus Polonice translati; nec non *Jo. Kirsteyn* CERASINI Enchiridion aliquot Locorum Communium Juris Magdeb. latine. Sic etiam una cum *Articulis securitatis*, Speculum Saxonicum Jusqꝫ Municipale terrarum Prussiæ, & Culmense, à *Paulo* SZERBICIO, Secretar. polonice translata, & juxta ordinem alphabeticum digesta, edidit *Petr. Elertus*, S. R. M. typogr. *Varsav.* 1646. f. Spectat huc quoque *Benedicti* ZELECHWOSKI, U. J. D. Canonici Zamoscensis & in Academia Prof. Jur. Ordin. Digestum Juris Saxonici Provincialis, partibus sex comprehensum, *Zamoscii* 1643. 4. Itemque Jus Culmense emendatum, ex lat. in Polon. translatum per *Paul.* KUSZEWIC, *Posnaniæ* Ao. 1623. *in 4to.*

§. XLIV.

Decisiones, Processus, Institutiones Juris Polonici &c.

Juxta Statutorum, Privilegiorum & Constitutionum memoratarum tenorem, Decisiones, Processus Judiciarios, Institutiones, Manualia, aliaque similis generis scripta plurimi publicarunt. In quo Scriptorum genere præprimis commemorandi sunt Tractatus sequentes: *Joannis* CERVI, *Tucboliens.* Artium Magistri & Phil. D. Farrago actionum, quæ emendatissime edita est *Samoscii*, 1607. 8. per *Martinum Lenski*, Acad. Zam. typogr. qui in *præf.* trium antiquiorum editionum *Cracoviensium* meminit A. 1540. 1552, & 1555. 8vo. Postea Collectanea Decisionum in Tribunalibus Italiæ, Galliæ, Poloniæ, &c. à *Jo. Aloysio* RICCIO, Patritio Neapolit. ac ejusd. Urbis Eccl. Canonico, edita sunt *Genev.* 1617. 4. Porro memorandus venit *Theod.* ZAWACKI Processus judiciarius Regni Pol. in officina *Nicol. Lobii, Cracov.* 1612. f. editus, & magna accessione adauctus, tertioqꝫ recusus *ib.* ap. heredes *Jac. Sibeneycheri*, 1619. f. ut & *Varsaviæ* ex officina *Joann. Trelpinski*, S. R. M typograph. 1647. 4, omissa tamen Auctoris ad Lect. præfatione. Tertiæ editioni legitur adjecta Formula processus judiciarii terrarum Cracoviensis, Sendomiriensis, Lublinensis, &c. quæ ab omnibus Dignitariis, Præfectis, Judicibus, aliisque Officialibus terrestribus & castrensibus observanda; qui libellus, nulla mentione Auctoris facta, Urbem *Samoscium* & annum 1602. præ se fert. *Ejusdem* Memoriale Processus judiciarii & Flosculorum Legum seu Statutorum atque Constitutionum Regni Poloniæ, prodiit *Cracov.* 1619. *in 12mo.* Speculum verò *Ejus* Senatorum ac Officialium Regni Poloniæ cum summulis Legum excus. *Cracov.* 1625. *in 12mo.* Non minus Institutionum Juris Regni Pol. Libri IV ex statutis & constitutionibus collecti, & in usum Nobilitatis Polonæ, juris patrii studiosæ, publicati fuerunt a *Thom.* DRESNERO, *Leopolit.* J. U. D. in Acad. Zamosc. Jur. Prof. Ord. *Samoscii*, typis Academiæ, 1613. *4to.* *Ejusdem* Collatio Juris Pol. & Roman. sive Similium Juris Poloni cum Jure Romano, Centuria una, impr. *Parisiis* 1602. 4. Processus autem *illius* Judiciarius Regni Poloniæ excus. est *Samosci* 1601. *in fol.* Nec prætermitti debet Manuale fundamentorum Juris Civilis ac Poloni, IV. Dispp. juridico-historico-politicis comprehensum, & ad IV. Libr. Instit. Justin. publico examine, in Illustri Schola *Auriaca*, ventilatum, Præside *J. Henr.* DAUBERO, *Nassovio* J. U. D. ac Scholæ Auriacæ Antecessore. Sed has Disputationes jam antea disquisitioni publicæ exposuerat *Paul. Bogusl. de* ORZECHOW ORZECHOWSKI, Equ. Pol. *Bredæ*

Bredæ ex officina *Jo. a Waesberge*, 1646. 4. quas *Henr. de Schoellen*, *ibid.* sequ. anno, sub nomine DAUBERI, junctim iterum edidit, & in *Dedic.* ad illustr. aliquot Polonos ad oculum aliquando se demonstraturum promisit: homicidii pœnam vel "longe duriorem jure Polono celebrari, quam quæ capitalis "nomen apud alias nationes retineat; Invehitur etiam *Editor* "in eos, qui ex mera, ut ait, ignorantia juris Poloni, illud "nullis justi injustique fundamentis initi, idemque ceu bar- "baris quibusdam consvetudinibus introductum calumniantur. Pertinere huc quoque videntur *Gregorii* CZARADSKI, JCti Processus Judiciarii Compendium impr. *Cracov.* 1612. *8vo*, & majus *Illius* opus polonice editum *Posnan.* 1620 *fol.* De *Ejus* Paratitlis Statuti Herburtani vid. §. XLII. Sic & *Stanisl.* LOCHOWSKI Processus Judiciarius Granicialis Regni Poloniæ prodiit *Cracov.* 1641, 4. *Ejusd.* Regulæ Juris & Loci communes forenses, excusæ sunt *Posnaniæ*, 1643. 12. *Adami* ZYDORSKI Potioritas & nonnullæ dispunctiones Juris, editæ *Varsav.* 1640. 4. *Samuelis* KUSZEWICZ Collectanea de Foro & Jurisdictione Civitatum Regiarum in regno Poloniæ & M. D. Lithuaniæ, impr. *Varsav.* 1646. *in 4to.* Cujusdam LYSIECKI Tribunal capitale Poloniæ, polonice *Cracov.* 1658. f. vulgatum est. Sine Auctoris nomine prodiit *Coæquatio* jurium, una cum ordinatione judiciorum Tribunalitiorum & repartitione locationeque exercituum M. D. Lithv. *fol.* In caussis, ad forum sacrum, jurisdictionemque Ecclesiasticam spectantibus, plurimum huc conducet *Jacobi* JANIDLOVII, *Bozantini*, Phil. & J. U. D. Acad. Cracov. Prof. & (Bernardi Maciejowski, Card.) Consistorial-Assessoris, Processus judiciarius ad praxin fori spiritualis Regni Pol. Ao 1606. conscriptus, & *Cracov.* 1619. 4. vulgatus, denuo autem A. 1643. *ibidem* impressus in *4to* Cui jungendus est *Andr.* LIPSKI a LIPE, J. U. D. Scholasticus Crac. & Plocens. S. R. M. à secretis, hinc Pro-Cancell. R. & Episc. Luceoriens. demum Cancell. & Episc. Cracoviensis, qui in Decade Quæstionum publicarum Regni Pol. Ecclesiastica jura & immunitates status Ecclesiast. elucidavit, *Dantisci*, sumtibus *Hünefeldianis* 1646. 4. & *Försterianis*, 1647. *4to*; cujus præterea extant Obser-

Observationes Practicæ, ad stylum usumque Judiciorum Curiæ Regalis Poloniæ accommodatæ, *Paris.* 1627. ap. *Andr. de Villa nova* in *4to* cum Centuriæ II. semisse, & *Dant.* 1648. 4. per *Georg. Försterum* editæ, utut in his non admodum multa de rebus Polon. occurrant. Vid. Auct. Exerc. *Chwalk*, oppositæ *p.* 17.

§. XLV.

Politici Scriptores, qui de forma ac scopo Reip. Polon. egerunt.

Reliqui Juris publ. Polon. Scriptores particulares, partim circa totam regiminis formam, partim circa certos regni Ordines, aliasque particulares materias politicas occupati fuerunt. Ad formam regiminis, Reique publicæ scopum in genere cognoscendum, præter Auctores quosdam, præsertim Gallos, supra indicatos, faciunt imprimis (1. *Jacobus* GADEBUSCHIUS, qui edidit Encomium Regni Poloniæ; *Dantisci.* 1621. in *4to.* (2. *Alb.* DEBOLECKI, Francisc. Theol. D. qui Polonico scripto demonstrare voluit, Regnum Poloniæ antiquissimum in Europa regnum esse. Titulus Sermone gentilitio ita se habet: *Wywod Iedyno Wlasnego Panstwa swiata, wktorym pokazuie X.* Woyciech DEBOLECKI &c, *ze naftarodawnieysze w Europie Krolestwo Polskie. Warsav.* anno 1633. in *4to.* (3. *Christoph.* VARSEVICIUS, qui Librum *de optimo Reip. statu, Cracov.* 1598. edidit, quo plurima ad statum regni Pol. pertinentia contineri, notat *Auct. Exerc. Chwalkov.* oppos. *p.* 21: ut de *ejusd.* Autoris *Legato*, *Rostochii* 1597. 12. & *Lichæ*, 1604. 8. itemq; *Dantisci* 1646. 12. edito; ut & de *Paradoxis*, *Pragæ* 1588. & *Cracov.* 1598. 4. vulgatis & ap. *Reusner.* Vol. IV. *Orat. Select. de Bello Turcic. pag.* 197. obviis, nihil dicam. (4. Discursus Politicus de caussis & Remediis malorum Poloniæ. A. 1661 12. (5. Polnische Kriegs-und Staats-Sachen / die sich von 100. Jahren her unter 6. Königen in Pohlen / (SIGISMUNDO AUGUSTO, HENRICO, STEPHANO, SIGISMUNDO III. VLADISLAO IV. JO. CASIMIRO) begeben / nebst nothwendigen Stam-Taffeln. Nürnberg. 1666. 12. (6. Beschreibung des Königreichs Pohlen / Podolien und Ukraine / 1672. 12mo. (7. Der Polnischen Nation Politische Staats-maximen. 1670. 12. (8 *Thom.* LANSIUS in Orat. pro Polonia, & alia contra Poloniam,

niam, in *Consultatt. de Principatu &c.* p. 627. seqq. *edit. Tubingens.* 1678. 8. (9. *Andreas de* PILCA CORYCINIUS, Castell. Vislicens. qui prope septuagenario major, patrueli suo *Stephano* de PILCA *Corycinio*, ad electionem Joh. Casimiri Regis profecturo, egregium Tr. dedicavit sub tit. *Perspectiva Politica Regno Pol. elaborata, per quam quid & qualiter Regibus & regno prospiciendum sit, de longe tanquam de proximo facile cognoscitur;* qui liber post fata Auctoris *Dantisci* ap. *Georg. Försterum* 1652. 4. in lucem editus, optimo jure elogium *Chvvalkovii* meretur: *quot verba, tot pondera, & quot lineæ, tot sententiæ.* (10. *Anonymus*, (quem tamen constat esse Virum illustrem *Lucam* OPALENIUM, licet alii alium hujus libri faciant Parentem) in Polonia defensa adversus BARCLAJUM, (cujus Judicium de Polonia & ingeniis Polonorum ex *Icone Anim.* c. 8. desumtum, tum ibi, tum etiam in *Republ. Polon. Elzevir. p.* 436. legitur) *Dantisci*, sumptibus *Georg. Försteri*, 1648. 4: in quo elegantissimo scripto Auctor ostendit, ea, quæ *Barclajus* de *Polonis* dixit, falsa & commentitia ut plurimum esse, & aut imperite ac temere, aut maligne ac contemtim scripta. (11. *Franciscus* MARINIUS, (sub quo nomine *Joh.* SAX, seu SACHSIUM, *Fraustadiensem*, Civit. quondam Thorun. Secretarium, latere, plures observant. Vid. præ aliis Auctor *Exerc. Chvvalkov.* oppositæ p. 8.) Hujus Diss. erudita de Scopo Reip. Polon., *Vratislaviæ* 1665. *in* 12. publicata, mox tamen ideo prohibita fuit, quod erga Serenissimam Austriacorum familiam intemperantius se gessisset; cui etiam *H.* CONRINGIUS Libellum opposuit de Scopo Reip. Pol. & Domo Austriaca, adv. *Franc.* MARINIUM, *Hamburgi* 1665. 12. editum; Sed eruditissimus ille *Marinii* Adversarius aliis, rem intelligentibus, non visus est negocium istud acu (ut loqui amant) tetigisse, Mariniiq; Liber ab omnibus cordatis in pretio habetur, testante B. Dn. *Gryphio* in *Col. MS. c.* 10. §. 2. (12. *Joach.* HAGEMEIERUS, S. Cæs. M. Consiliarius, Principis Fris. Orient. & Collegii Wetteravici Comitum in Comit. Ratisb. per multos annos Legatus, horumque Pro-Cancellarius, in peculiari Epistola ad *Antonium Comitem Aldenburg.* de Statu Regni Polon. exarata, quæ inter

inter ejus *Epistolas Juris publ. Europæi*, diversis vicibus editas, & ab *Henr. Günther.* THULEMARIO, JC. Heidelb. continuatas, ac *Francof. ad M.* 1681. 4to. publicatas, est *Epist.* 8. (13. *Franciscus Goslavus de* NADARICE, qui de Judiciis & moribus corrigendis Parænesin scripsit ad Stephanum, Polon. Regem, *Posnan.* 1578. in 4to. (14. *Caspar* CICHOCIUS, in Alloquiis Osiecensibus sive variorum familiarium sermonum libris V. *Cracov.* 1615. 4. (15. *Simon* STARAVOLSCIUS, in Declamatione contra obtrectatores Poloniæ, *Cracov.* 1631. in 4to. (16. *Stanisl.* ORICHOVIUS in Idea Apocalyptica, in qua facies perturbatæ & afflictæ Reipubl. ejusque restaurandæ ratio repræsentatur, ex recognitione *Blasii Lipovvski*, *Cracov.* 1660. 12, & novissime per *Paul. Anton.* RADZINSKI, Guardianum Sanocens. typis Coll. Schol. piar. *Varsav.* 1696. 8. Extat etiam Ejusdem ORICHOVII *Roxolani* Fidelis subditus, sive de Institutione Regia ad Sigismundum Augustum libri duo, *Cracov.* A. 1584. 4to. (17. *Matthias* DARGOTIUS seu DARGODZKI, cujus Tr. polon. de Titulata Nobilitate, seu de iis, qui titulos peregrinos Principum, Marchionum, Comitum, Baronum *&c.* quærunt, & ab exteris Principibus impetrant, alias satis acerbum scriptum, A. 1634. prodiisse testatur *Hartknoch.* L. 2. *Reip. Pol. c.* 5. & *Auct. Ex. Chvvalkov.* oppos. *p.* 19. qui etiam polonicum titulum integrum *ibidem* attulit. (18. Polonus Jure politus, mores patrios ad Leges conformans, Autore *Petro* MIERZKOWSKI, Canon. Posnan. S. R. M. Secretario, *Calissii* 1637. 4. (19. *Casimirus* ZAWADZKIUS, Capitaneus t. t. Pucensis. Hic Exilem, ut titulus habet, Tractatum super advertentiam defectuum in Capitibus Imp. Sarmatici, JOANNI III. sub tempus Comitiorum Coronationis, 1676. obtulit, *Cracov. eodem Anno* in 4: A quo scripto non differt, quod Ao. 1690. *Varsaviæ* in 4. exscriptum est sub tit. *Vere repræsentans Speculum Anomaliam*, (vel *Anomaliarum*) *in Capitibus Imp. Sarmatici JOANNI III. oblatum a Casim.* ZAWADZKI, *&c.* (20. Juvenalis Redivivus, quæ Satyra est *Lucæ* OPALENII, Poloniceque stylo ligato prodiit 1691. 8, qua Auctor Cives suos de emendandis tum moribus, tum regimine graviter admonet.

 Stanislaus

(21. *Stanislaus* LUBOMIRSCIUS, (is enim literis S. L. intelligitur:) R P. Supremus Mareſch. cujus habentur Conſultationes XXV. ſive de Vanitate Conſiliorum Liber unus, in quo Vanitas & Veritas rerum humanarum politicis & moralibus rationibus clare demonſtratur, & dialogice exhibetur, *Varſav.* 1700. 4. editus, & deinceps in Germania 12. etiam recuſus; (22. Noviſſima Scripta ſunt: Das noch bey zweiffelhafftiger Wahl eines neuen Königs gantz verwirrete und unruhige Pohlen. Cöln. 1697. 4. (23. Polnischer Cedern-Hayn / das ist / kurtzgefaßte doch außführliche Beschreibung des Königreichs Pohlen. Breßlau 1698. 4. (24. Das Polnische Staats-*protocoll* 1698. 4*to*. (25. Eiusdem *Continuation*. 1698 4*to*. (26. Der Sarmatische Wahl-Schoppen / Cöln / 1698. 4. (27. Der *curieuse* und vollkommene Polnische Staats-Mann / oder das denckwürdige Wahl-Feld bey Warschau. 1698. 4. (28. Hiſtoire de Pologne & du grand Duché de Lithuanie depuis la fondation jusqu' a preſent. *Amſt*. 1698. 12. (29. L'etat actuel de la Pologne a *Cologne* 1702. 12. (30. Der Staat von Pohlen / (Leiptzig /) 1704. 4.

§. XLVI.

Politici miſcellanei.

Speciatim Electionem, Coronationem, aliaque Regis ſolennia & jura expoſuit *Alex.* GUAGNINUS, cujus *Ordo, qualiter Rex Polon. juxta veterem conſvetudinem coronetur, & quæ ſolennitas & ceremoniæ circa id ſervari ſint ſolitæ*, extat ap. *Piſtor. T. II. f.* 373. & in *Collect. Francofurtana Tom. I. p.* 274. Num vivo Rege novus ſucceſſor eligi poſſit? tempore JOH. CASIMIRI diſquiſivit *Andr. Maxim.* a FREDRO, Caſtell. Leopolienſ. erudito Diſcurſu, qui ex Polonico verſus habetur latine in *Append. P. VIII. Diar. Europ. p.* 196. ubi etiam *p.* 205. eadem lingua reperitur *Anonymi* Reſponſum ad Fredronis Diſcurſum. Idem FREDRO in gratiam Reip. Polonæ ſcripſit Prærogativam Reip. ſive popularis ſtatus, quæ reperitur in *Additament.* ad ejus *Militarium Libros II. Amſtel.* ap. *Forſterum* 1668. in 4. editos. Præterea ex EIUSD. *Fragmentis Scriptorum* huc pertinent: Diſcurſus de loco Poloniæ Legatorum *p.* 111. *ſeqq.* Itemque ea, quæ habentur *p.* 288. ubi ſcriptorum quorundam ſcommata, maligne aut per levitatem in Polonam gentem jacta, breviſſime refu-

refutantur *&c.* Acceſſerunt memoratis Fragmentis Periſtromata Regum Symbolis expreſſa. *Dantiſci* ſumtibus *Forſteri* 1660. 12. edita. Forte etiam ex laudati Auctoris Monitis Politico - Moralibus & Icone ingeniorum, in *eodem bibliopolio*, 1664. in 12*mo* extantibus, haud pauca excerpi poſſunt, quæ ſtatum hujus Reipubl. illuſtrant. Ad Interregnum Polon. ſpectat *Stanislai* KARNCOVII Tr. de Primatu Senatorio Regni Polon. ex quo quædam haut contemnenda attulit *Hartknoch. L.* 2. *Reip. Polon. c.* 1. *§.* 7. De Interregnis poſt obitum abitumque SIGISMUNDI AUGUSTI, HENRICI & STEPHANI, R R. Pol. inſpici meretur *Jani* JANUSSOVII liber ſingularis, Statutis regni annexus. De Interregno Poloniæ Anno 1587, Divinatio *Henr.* SPANOCHII, item de novo in Polonia Rege eligendo Diſſertatio exhibetur in *Phil.* HONORII *Theſaur. Polit.* p. 454. 460. De Comitiis Regni, præter LUBOMIRSCIUM, in ante memorato Libello de *Vanit. Conſiliorum, Conſult. XII. XIII. XIV*, eleganter egit *Vinc.* FABRICIUS, in quadam *Epiſt.* quæ inter *Oratt. & Epiſtolas varii argum.* extat *p.* 389. De Indigenatu Poloniæ M. *Jo.* Gottlieb Meiſter / Rector Scholæ Nicolait. Lipſienſ. *ibidem* 1698. Diſputationem habuit, quæ maximam partem in germanicum idioma ab *Auctore* des wohl-*informir*ten Redners / translata exhibetur im Gelehrten *Critico* über 100. *curieuse Dubia* und Fragen. *Lipſ.* 1704. 8. vulgata, *qu.* 81. De eodem Indigenatus Iure, Præſide D. *Carolo Friderico* LAU, *Regiomonti A.* 1645. diſputavit *Joannes Treug*, Mariæb. Pruſſ. Extat etiam de indigenatu ſincera Collatio Iurium & Privilegiorum Poloniæ & Pruſſiæ Regiæ, 1667. 4. De Libertate Politica, ſeu civili, Libellum lectu non indignum ſcripſit *Andr.* VOLANUS, *Cracov.* in officina *Matth. Wierzbietæ* 1582. 4. Singulare argumentum de Polonia nunquam tributaria, tractavit X. Diſſert. hiſtorico-politicis, *Ged.* 1694 4. editis, b. m. Dn. *Jo.* SCHULTZIUS, Francofurtenſium nuper Juris Profeſſor, Regiusq; Conſiliarius, ante biennium ibi vivis ereptus, cujus tamen ſtudium in gratiam gentis Polonæ hoc opere præſtitum, non æqualem apud exteros invenit approbationem, cui etiam nuper quædam

quædam oppofuit Celeberr. Dn. *Martinus* HANKIUS, in *Exercitat. de Silesiorum Antiquitatibus* ab A. C. 550. ad 1170. *Lipsiæ* 1702. 4. De Cofacis Differtationem Hiftoricam in Academia *Lipsiensi* A. 1684. defendit Præfes Dn. M. *Godofredus* WEISSIUS, Thorunienfis Ecclefiæ Mar. hodie Myfta digniffimus. Memorabilia Reip. Polon. confignavit Dn. *Io. Ludov.* HARTMANNUS, Prof. in Academ. Regiom. quæ *ibid.* A. 1677. 4. exiere. Similiter *Nicol.* de CHWALKOWO CHWALKOWSKI, Singularia quædam Polonica collegit, quæ primum *Leopoli* 1686. deinde auctius *Varsav.* 1696. 8. edita, Cardinalique *Henrico d' Arquien* infcripta fuerunt. Inter fingularia ifta, (quæ maximam partem quoq; germ. leguntur in dem Fliehenden Passagier durch Europa/in der sten *Promenade*, p. 12. *seqq.*) memorabile p. 4. 5. & 6. occurrit Vaticinium de Regibus Poloniæ, ab HENRICO VALESIO fucceffive hactenus impletum: *Flos de valle*; *Corona*; *Exul fortunatus*; *Gloria succedens*; *Manipulus sterilis*; *Noctis breve sidus*; *Manus congregatorum*: quibus Symbolis *Henricum Valesium*, *Stephanum*, *Sigismundum III*, *Vladislaum*, *Joannem Casimirum*, *Michaëlem & Johannem III.* præfiguratos fuiffe, *ibidem* oftenditur. Eodem ferme tenore hæc repetuntur im Fliegenden Passagier/p. 14 *l. c.* & in *Hubneri* Histor. Fragen. *P. IV.* p. 598. In Calendario autem Viri cujusd. Celeberr. de A. 1698, hoc Vaticinium ab ERICO VI. Rege Sveciæ, cafu repertum fuiffe, traditur, ubi hæc præterea adjecta funt: *Diversicolor*; *Unus ex duobus*; *Aquila biceps*; *Sic transeunt felicia regna.* Hac occafione recentius quoddam Vaticinium de Regibus Poloniæ poft SIGISM. III, bona cum legentium venia adjicere nobis liceat, quod ex Archivo fecretiori Cracovienfi depromptum, benevole nobifcum communicavit, Vir Magnificus, nobisq; nunquam fatis laudandus Dn. JO. ERN. von der Linde/ Reip. COS. & Syndicus meritiffimus. Rythmice vero formatum ita fe habet:

En Frater, quam vis procul abs te mittere prolem
Poloniæ regno, tibi sunt consideranda;
Primus adest horum V. gentis prosecutus amore.

J. C.

J. C. non ornat regnum, nec M. diu regnat.
J. moritur; post hunc A. Rex fit cum Domino, qui
Incipiet forti zelo: bene singula fient.
Ille animam perdet bellando pro grege Pastor.
T. ruet, E. quæ luet. S. C M. sponte patescent.
Atque H. L. aperient pro tunc altaria sacra
Tempore, quo fiet novum cum Principe fœdus.
Aquila nigra biceps albâ pereunte sequetur
Juncta Lechis, & sic pereunt nunc secula Regno.

Per V. *Vladislaum IV.* per J. C. *Johannem Casimirum*, per M. *Michaëlem*, per J. *Joannem III*, & per A. *Augustum II.* notari, quivis facile divinare poteft. Sed quid reliquæ literæ indicent, futura demum tempora nobis aperient. De alia prophetia, quæ Seren. FRIEDERICUM AUGUSTUM fpectat, vid. *Bailii Respons. ad quæst. cujusd. Provincialis*, T. I. c. 4. p. 18. feqq. De Regno Poloniæ *Nicolai* DRABICII, *Strasnicensis Moravi*, Vaticinia varia, habentur inter Ejus Revelationes, cum *Christoph. Kotteri* & *Christinæ Poniatoviæ* Revelationibus, per *J. A. Comenium* editas 1665. 4, de quibus Judicia legi poffunt in *J. B. de Rocoles Vienna Obsessa*, & ap. *Bailium*, *Nouv. de la Rep. des Lettres*, Ao. 1684. p. 172. Simile funeftum *Joachimi Greulichii* Vaticinium exhibetur in *Gottfr. Arnoldi* Kirchen-und Ketzer-Historie/ *part.* 3. *c.* 26. *f.* 244. De aliis Vaticiniis confuli poffunt die Theolog. *Offerten* five *Menses Reservati*, *part.* 1. p. 278. & 449. feqq. Circumfertur etiam *Joa.* DANTISCI vaticinium de interitu Regni Poloniæ hujusq; Civitatis, quod cum nimis prolixum fit, hac vice prætermittimus. Quædam illius ap. *I. B. Schuppium* leguntur, *Opp.* p. 411.

Ut in viam iterum redeamus, fub *Singularium* quoq; titulo Dn. *Martin.* BÖHM, Gymn. Thor. Prof. & Vifitat. (ad quem B. *Hartknochii* Bibliothecam infignium Librorum Codicumq; MSS. perveniffe accepimus,) Difput. unius plagulæ *Thorun.* edidit, A. 1703. d. 4. *Ianuarii*, Refp. *Mich. Wachschlagero*, ubi ex variis Scriptorib. Polon. obfervationes fpeciales congeftæ funt. Quo fpectant etiam Lineamenta Sarmatica, fub præfidio Dn. C. S. SHURZFLEISCHII publice afferta a *Ioh. Christoph. Alberti*, *Witteberga* 1670,

1670, recuſa A. 1683. in 4to, ubi brevis Scriptorum rerum Polon. Syllabus præmittitur. Sed jam antea Variarum Lectionum librum, in quo præcipue Sarmatica, publicaverat *Mart.* OPITIUS, *Dant.* 1637. 4. De primis Polonorum Nummis argenteis ſeu groſſis Pragenſibus, in memorato Gymnaſio *Thorun.* duas Exercitationes cum adjectis figuris publice propoſuit Vir Clar. M. *Georg.* WENDE, *Vratislavienſ.* dicti Gymn. Rector, *Thorun.* 1702. 4. Idem ille Impp. Romanorum nummos, in memoriam Victoriæ de Sarmatis olim reportatæ, cuſos, Polonicis Nummophilis conſiderandos exhibuit d. XIX. *Mart.* M DC IIC. in 4to, Alia de Re nummaria Polonorum, itemque de vectigalibus Reg. Polon. Excerpta ex Hiſtor. *Salom. Neugebaueri*, habentur in Rep. *Elzeviriana* p. 443. *ſeqq.* Naturalis hiſtoriæ quædam phænomena, Poloniam, Lithuan. & Pruſſiam tangentia, examinat *Adalb.* TYLKOWSKI, S. J. in *Phyſica Curioſa*, typis Monaſterii *Olivenſ.* edita 1680. 8, ubi inter alia etiam egit de *Plica Polonica*, de qua præterea Literas ad *Cornel. Bontekoe* exaravit *Janus Abrab.* de GEHEMA, Archiater Regius & Conſiliar. quæ *Hagæ C.* 1683 8. & *Hamburgi* eod. A. in 12. excuſæ ſunt; quemadmodum etiam figura Plicæ ex *Frid.* RUYSCHII *Theſauro Anatomico* exhibetur in *Act. Erud.* 1704. p. 363. De Salinis Cracovianis obſervatio, Authore *Jodoco* WILLICHIO, *Reſeldiano*, *Crac.* 1543. edita, iterumq; recuſa eſt *Dant.* ap. *Georg. Förſter.* 1645. 8. ubi præfigitur *Jo. Broſcii* dedicatio ad Vladislaum IV, & præfatio ad Lectorem.

§. XLVII.

Scripta Hiſtorico-Eccleſiaſtica.

De Scriptoribus ſtatum Regni politicum concernentibus abunde ſatis diximus. Sed nec illi ſilentio plane involvendi ſunt, qui ad ſtatum ECCLESIASTICUM ſpectant. Ubi quidem dolendum maxime eſt, a nemine adhuc Gentis illius præclariſſimæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam ex profeſſo conſignatam fuiſſe, utut ſpecialium Eccleſiarum, præcipue à religione in Polonia prævalente diſſidentium, hiſtoricæ quædam Commentationes extent. In quo Scriptorum genere commendari omnino debet *Adriani* (quem nonnulli *Andream* vocant) REGENVOLSCII Syſtema hiſtorico-chronologicum Eccleſiarum Slavonicarum

nicarum per provincias varias, præcipue Poloniæ, Bohemiæ,
Litvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Moraviæ *&c.* diſtinctarum, Libris
IV. adornatum; continens Hiſtoriam Eccleſiaſt. à Chriſto &
Apoſtolorum tempore ad A. D. 1650, editum *Traject.* 1652. 4,
cum *Gisb. Voëtii* præfat. De quo inſigni opere, inprimis vero
de injuria, qua *Andr.* WENGERSCIUS, (quem *Hartknochius*
Hiſt. Eccl. p. 305. 463. & 892. aliiq; *Adamum* ſalutant, & cum *Regenvol-*
ſcio unam eandemque conſtituere perſonam exiſtimant) Regen-
volſcium affecerit, dum ſibi illud adjudicavit, ſuoque nomine
Amſtel. 1679. 4. ſub *Slavoniæ Reformatæ* tit. edidit, legi poteſt
nuper admodum defunctus Summe Rever. Dn. *Nicol. Bergius*,
per Livon. Superintend. in *Exerc. Holmiæ* 1704. 8. edita, *de Statu*
Eccleſiæ & Relig. Moſcovit. p. 29. Porro *Joachimus* CAMERARIUS
in Hiſtorica Narrat. de Fratrum Bohemorum Eccleſiis in Bohe-
mia, Moravia & Polonia, *Heidelb.* 1605. 8. excuſa, itemq;
Joh. LASITIUS, Nobilis *Polonus*, in Hiſt. de Orig. & rebus ge-
ſtis Fratr. Bohem. A. 1649. 8. edita, Poloniæ hiſtoriam Eccle-
ſiaſticam attigerunt. Ad earundem Eccleſiarum hiſtoriam ſpe-
ctant, quæ *Jo. Am.* COMENIUS in Hiſtor. Fratrum Bohemo-
rum, cum præf. Summe Rev. Dn. *J. F. Buddei, D. Halæ* 1702. 4.
publicata, p. 27. ſeqq. attulit, in quo poſtremo ſcripto narra-
tur, quomodo fratres illi in Pruſſiam venerint, & quomodo in
Polonia reformaverint. Non minus elegans ſcriptum eſt
Stanisl. LUBIENIECII, Equ. Polon. Hiſtoria Reformationis
Polon. in qua tum Reformatorum, tum Antitrinitariorum origo
& progreſſus in Polonia & finitimis provinciis narrantur, *Frei-*
ſtadii, i. e. *Amſtel.* 1685. 8. Cui merito jungi debent Tractatus
nonnulli, qui Bibliothecæ Antitrinitariorum *Chriſtoph.* SANDII,
Freiſtadii 1684. 8. publicatæ, annectuntur, nempe: *Jo.* STOI-
NII Epitome hiſtoriæ originis Unitariorum in Polon. p. 181;
Georgii SCHOMANNI Teſtamentum ultimæ voluntatis, conti-
nens Vitæ ipſius, nec non variorum actuum Eccleſiaſticorum
ſuccinctam hiſtoriam, p. 189; De typographiis Unitariorum
in Polon. p. 199; Relatio de *Jo.* TYSCOVICII Martyrio p. 203;
Andr. WISSOWATII Narratio Compendioſa, quomodo in
Polonia à Trinitariis Reformatis ſeparati ſint Chriſtiani Unita-
rii,

rii, p. 207, quæ præterea etiam extat in SANDII *Append. ad Nucl. Hist. Eccles.* p. 86 seqq. & in WENGERSCII *Slavonia Reformata L.* 3. p. 53; Anonymi Epistola, exhibens Vitæ ac mortis *Andr.* WISSOWATII, (*Fausti Socini* ex filia Nepotis) nec non Ecclesiarum Unitariorum ejus temporis brevem historiam, p. 219; Denique Vindiciæ pro Unitariorum in Polon. religionis libertate, ab *Equite Polono* conscriptæ, p. 265. Evangelicorum querelæ de A. 1669. leguntur latine ap. *Londorp. T. IX. f.* 690.

§. XLVIII.

Alia ejusd. generis, ut & Hist. Literariæ monumenta.

Breviores Tractatus sunt: *Joh.* ARGENTI, *Mutinensis*, S. J. Liber de Statu S. J. in Polon. & Lithvan. ad SIGISMUNDUM III. scriptus, & *Ingolstadii* 1616. impressus, notante *Alegambe, Bibl. Jesuitarum*, p. 218. seqq; Item ad *Dav.* CHYTRÆUM scripta Epist. de Russorum religione, itemque de Tartarorum religione ac moribus A. 1582. 8. & alibi sæpius excusa, ubi in fine quædam leguntur de rebus Polonicis: quæ Epist. præterea adjecta est *Joannis* MELETII ad *Georg. Sabinum*, de Religione & Sacrificiis Veterum Borussorum Epistolæ, de qua infra § LV. Nec *Stanisl.* CARNCOVII, *Jo. Mich.* BRUTI, *Stanisl.* HOSII, *Stan.* LUBIENII, aliorumque Epistolæ, supra §. XXXI. memoratæ, negligi debent; ut nec alii Scriptores, qui Vitas Archi-Episcoporum, Episcoporum & Abbatum in Polonia scriptis consignârunt, quorum similiter supra §. III. mentio facta est. Sic quoque in Viri illustris, *Vit. Ludov.* SECKENDORFII *Comment.* de *Lutheranismo, L. III.* §. 73. *n.* 13. *fol.* 230. habentur Acta Protestantium cum Rege Poloniæ. Egregium pro defensione religionis suæ Responsum est Illustrissi. Dn. *Nicol.* RADIVILI, Palatini Vilnensis, ad *Aloysii Lipomani*, Pontific. R. in Polon. Legati, Epistolam, quæ duæ Epp. junctim prodierunt *Regiom.* 1556. 4. De dignitate Ordinis Ecclesiast. R. Pol. *Augustin. Rotundus* MILESIUS, J. U. D. & Prætor Vilnensis, scripsit ad *Andr.* VOLANUM, *Cracov.* 1582. *in* 4*to*. Hujus *Andreæ* VOLANI extat etiam Parænesis ad omnes in Regno Poloniæ *&c.* Samosatenianæ vel Ebioniticæ doctrinæ Professores, *Spiræ* 1582. 8. Pro tuendo jure decimarum Cleri Polon. contra prætensam Jesuitarum exemptionem Tr. scripsit *Jo.* MARKIEWICZ,

KIEWICZ, J. U. D. & Canon. Posnan. eumque dimidiatum *Senis* primum, 1643. 4. deinde integrum *Parisiis* A. sequ. publicavit, cum approbatione Sorbonæ, cujus Libri titulus est: *Decima Cleri secularis in Regno Polon. defensa contra exemptiones Patrum S. J.* inque eo *Auctor* disputat contra Bullam, quam Ordo *S. J.* à Sede Apost. hanc in rem impetraverat, quam variis rationibus impugnat atque convellit. *Ejusdem* studio porro edita, Decima cleri secularis *&c.* ad effectum Executionis debitæ accommodata, *Cracov.* 1647. 4, cui opposita est Polona decimarum pro Patribus S. J. contra libellum MARCHEVICII, Consultatio, *Romæ* 1647. 4; *Ejusdem* MARCKIEVII nomine Decima Cleri secularis, tertio S. Congreg. Rom. repræsent. prodiit *Crac.* 1648. 4. Ad hanc materiam præterea spectant: Carcer Romanus *Ioh.* MARKIEWICZ, A. 1666. 4, Itemque Veritas bonæ vitæ, ex occasione occupatæ hæreditatis Jaroslaviensis, Patribus Societatis demonstrata per *eund. Paris.* 1671. 4, & Speculum zeli, impr. *Gedani* 1652; itemque Scandalum Expurgatum, *ib.* 1654. 4. Ex LUBIENSKII *Opp. posthumis f.* 202. huc referri potest *Illius* Responsum ad Protestationem, quæ nomine Dignitariorum, Officialium & Nobilitatis Palatinatuum, Posnaniensis & Calissiensis, contra Statum spiritualem, A. 1622. in lucem prodierat. Sigismundi III. tempore prodiit Historia Confœderationis Polonicæ, h. e. ad libellum quendam Polonicum, contra Confœderationem Dissidentium de Sententia religionis editum, Responsio, sive de Iniquitate, Avaritia, Crudelitate & Idololatria Barbarico-Papistica, & de justa causa Evangelicorum, *Debreceni* A. 1596. 4, ubi etiam accessit Replicæ Processus & Confœderationis brevis Refutatio. Similiter huc pertinet Consilium de recuperanda & imposterum stabilienda pace Regni Pol. in quo demonstratur, pacem nec constitui, nec stabiliri posse, quamdiu Jesuitæ in Polonia maneant, ad illustres R. P. Proceres, ex Polonico in latinum conversum, & A. 1607. 4. sine Auctoris, Interpretis, ac Loci nomine vulgatum, deinde vero in *Germania* eadem forma recusum A. 1609 quod præterea *Francof.* 1631. 4. editum, & *Axelio* OXENSTIERNIO dedicatum, hanc habet Inscriptionem: *Gravis & maximi momenti Delibe-*

Deliberatio de compescendo perpetuo crudeli conatu Iesuitarum. Sed huic tamen scripto opposita fuit *Anonymi* Spongia, qua absterguntur convicia & maledicta Equitis Pol. contra Jesuitas, Autore, cui ἀνάγε. Sanis Recta Salus, *Cracov.* ap. *Andr. Petricov.* 1609. 4; itemq; Responsio *Nic.* ZIEMECKI, Archidiac. Pczevensis, *Cracov.* 1610. 4. Memoratis scriptis jungi potest *Matthæi* DRESSERI Epist. ad *Zamoscium*, qua Jesuitarum conatus in Polon. exploduntur, *Lips.* 1607. 4; Nec non Consilium de componendis ob religionem excitatis motibus è gallico in latinum conversum, & *Fabiano à Czema*, Capitaneo Stumensi, dedicatum à *Salom.* NEUGEBAUERO à *Cadano*, A. 1615. 4. Extat etiam Mandatum monitorium Regis Pol. ad Jesuitas germ. *Cracov.* 1620. 4; nec non Responsio Anonymi ad famosum libell. à PP. Soc. J. in Academiam Cracoviens. scriptum, & nomine *Reprotestationis* vulgatum 1622. 4. Alia Oratio germanica egregia cujusdam Equ. Poloni (qui dicitur fuisse *Calisius*, Rector Scholæ Leowartoniensis Samosatenianus) adv. Jesuitas, A. 1591. ad Senatores in pleno consessu habita, ex latino translata prodiit ap. *Nicolaum Pistandrum Neosaniensem*, Ao. 1592. *4to.* Similia scripta sunt: *Pax non Pax*, seu rationes aliquot, quibus Confœderationis Evangelicorum cum Catholicis pacem, nullo modo veram esse pacem, breviter ostenditur, A. 1615. 4, cui oppositus est Tr. *Pacatus Impacatus* &c, itemque *Pacatus Impacatus ad Examen vocatus*, *Cracov.* 1616. 4. Addi possunt Rationes, quod non expediat novam Academiam Leopoli PP. Soc. J. erigere, (regnante J. CASIMIRO, ut coniicimus, compositæ) in quibus præcipue decus & auctoritas Academiæ Cracoviensis stabiliuntur, in *4to.* Eristicis scriptis adhuc annumerari debet *Stanislai* ORICHOVII, *Roxolani*, Chimæra, sive de STANCARI funesta Regno Poloniæ secta, *Colon.* 1563. 8. Aliàs quoque Acta & Constitutiones variæ Synodorum, Metropolitanæ Eccles. GNESNENSIS, Provincialium, diversis temporibus editæ fuerunt, ut (1. Formula fidei tradita in Synodo provinciali, Lovicii in Polon. celebrata, 1556. XI. *Sept.* præsidentib. in ea Nuncio Apost. *Aloysio* LIPOMANO, Episc. Veronensi, & *Nicol.* DZIERZGOWSKI, Archi-Ep. Gnesn. quæ una cum Confess.

Confess. CHRISTOPHORI, Duc. Wurtenb. Concilio Trid. d. 24. *Ian.* 1552. oblata, excusa est *Regiom.* per *Io. Daubmannum*, 1556. *8vo.* (2. Gnesnensis Metropolitanæ Ecclesiæ Constitutiones Synodorum Provincialium &c. *Crac.* 1574. 4. (3. Concilium Provinciale Regni Pol. quod *Bern.* MACIEIOWSKI, Arch-Ep. Gnesn. habuit Petricoviæ, 1607. *Cracov.* 1630. 4. (4. Synodus Provinc. sub Illustr. Dn. *Laurentio* GEMBICKI, Archi-Ep. Gnesn. Petricoviæ, A. 1621. d. 26. *April.* celebrata, *Cracoviæ* 1624. 4. (5. Synodus Provinc. sub Illustr. Dn. *Io.* WĘZYCK, Archi-Ep. Gnesn. Petricoviæ, A. 1618. d. 22. Maj. celebrata, *Cracov.* 1641. in *4to.* (6. Constitutiones Synodorum Provincialium, autoritate (Synodi) Provincialis GEMBICIANÆ per Deputatos recognitæ, iussu Illustr. Dn. *Ioh.* WĘZYCK, Arch-Ep. Gnesn. *Crac.* 1630. 4. (7. Synodus Provinc. sub Eodem, Varsaviæ, A. 1624. d. 13. *Nov.* celebrata. *Cracov.* 1636. 4. (8. Synodus Provinc. sub Illustr. Dn. *Matthia* LUBIENSKI, Archi-Ep. Gnesn. Varsaviæ, A. 1643, die 8. *Nov.* celebrata. *Ib.* 1646. 4. Quibus addantur ex Prussicis, Synodus Culmensis & Pomesaniæ *Casp.* DZIALINSKI anno 1641. 4; Itemque Chelmensis Synodus *Matth.* LUBIENSKI 1624. 4; & Constitutiones Synodales Diœcesis Varmiensis per *Simon.* RUDNICKI, & *Mart.* CROMERUM, Episc. Varmienses, *Brunsb.* 1612. 4.

Antequam hinc pedem ulterius promoveamus, liceat nobis adhuc dicare nonnullos Scriptores, qui memorias quorundam Polonorum vitæ & doctrinæ claritate insignium, scriptis conservarunt. Hos inter (præter libros §. III. allegatos) facile eminet, totius qui Sarmatiæ *Patronus* audit, STANISLAUS Sanctus, Episcopus olim Cracoviensis, de quo Commentariolum scripsit *Hartman.* SCHEDELIUS, Med. D. qui, extat ap. *Pistor.* T. I. f. 165. S. CASIMIRI, Polon. Principis Regii, Regnique Pol. Tutelaris, supra §. XV. facta est mentio. *B. Stanislaum* KOSTKA, *S.* I. bello ad Chocimum Dacico contra Osmannum, Turc. Imperatorem, Auxiliarem, tanquam *Propugnaculum Tutelare*, sub Auspiciis *Christoph.* ZEGOCKI, nominati Episc. Chelmens. in Regali Basilica Principum Apostolorum Petri & Pauli, VI. *Kal. Novembr.* 1669, aliquot Carminibus repræsentavit Colle-

Collegium *S. I.* CRACOV· *ib.* 1669. f. Præterea nominandi sunt (1. *Io.* DLUGOSSUS, Canon. Crac. cujus Vita *Tomo I.* Annal. ejus, *Dobromili* impressorum, præmittitur. (2. *Jo. Demetr.* SOLIKOVIUS, Archi Ep. Leopol. cujus Testamentum in fine *Comment. Rerum Polonic. a morte Sigism. Aug. p.* 228. seqq. legi potest. (3. *Matth.* PSTROCONIUS seu PSTROKONSKI, Episc. primum Præmisl. deinde Vladislav. & Regn. Suprem. Cancellarius, cuius Vitam stylo floridiori contexuit *Stan.* LUBIENSKI, in *Opp.* P. 2. *f.* 396. (4. *Stan.* LUBIENSKIUS, Episc. Plocens. cujus Vitam, (quam ipse, suorum alias in Episcopali cathedra Prædecessorum ab oblivione vindex, silentio involvit,) *Andr.* TRZEBICKI, Scholast. Ploc. Regiusq; Secret. scripto exposuit, quæ habetur dd. *Opp. f.* 389. *seqq.* (5 *Mich Steph.* RADZIEIOWSKI, Card. Arch-Ep. Gnesn. ante ann. hic loci defunctus, cujus Testam. seorsim 4*to.* lat. pariter & germ. excusum est. Supersunt *Vinc.* KADLUBKO, *Petr.* KMITA, *Jo.* DANTISCUS ac *Stan.* HOSIUS; sed de duobus prioribus supra iam diximus; ceterorum vero infra rationem habituri sumus, ubi ad res Prussicas pervenerimus. De Bibliothecis Polon. & Pruss. vid. *Lomeier.* c. X. p. 266.

§. XLIX.

Libri, CONFINIUM PROVINCIARUM *Historiam illustrantes.*

Ducimus quoque instituto convenire, ut, postquam de Polonicæ Historiæ Scriptoribus egimus, quædam adjungamus de Scriptoribus aliarum CONFINIUM PROVINCIARUM, quæ cum Polonia in unam Remp. coaluerunt. Quales in genere sunt, qui partim apud *Pistorium*, partim apud *Guagninum*, partim in *Republ. Elzeviriana*, in compendio exhibentur. *E Tomo I.* Corpor. Histor. Polonicæ á *Pistorio* collecti, huc faciunt: *Æneas* SYLVIUS, *fol.* 1. 2. & 4. *Alex.* GUAGNINUS, *f.* 40. 49. & 64; *Matthias* MIECHOVIENSIS, *f.* 142. 146. *Sigism. L. B. in* HERBERSTEIN, *f.* 155. 155. *E Tomo II.* iterum *Alex.* GUAGNINUS *f.* 380. 398 *E Tomo III. num. V.* Fragmentum *Sigismundi* HERBERSTEINII *f.* 13—15; *num. IIX.* Tertii belli á Moscorum Imperatore contra Livones, 1558. gesti, Descriptio *f.* 55—64, quæ etiam ap. FREHERUM *T. III. Rerum Germ. f.* 39.—46. reperitur *num. XV.* J. LEVVENCLAII seu LEVENCLAVII Comment de Moscorum bellis adversus finitimos gestis, ab annis iam LXX. quibus, antea per Europam obscuri, paulatim innotuerunt *f.* 128. *f.* 128—136; & Epistola Mosci ad *Guilhelmum*, Magistrum Ord. Teutonici, ubi causas belli suscepti contra Livones exponit, *f.* 136. Horum Tractatuum nonnulli etiam in *Collect. Francofurtana*, quæ *Alex. Guagnini* nomen gerit, leguntur inserti, ubi præterea seorsim habentur: *T. I. pag* 346. Novæ Gubernationis Livoniæ forma, recens a STEPHANO R. P. instituta 1583; *Tom. II. pag.* 105. Prussiæ cum suis Provinciis & Civitatibus, omniumque Magistrorum Crucigerorum Teutonici Ordinis, juxta seriem, compendiosa Descriptio; *Ib. p.* 141. Livoniæ totius cum suis Provinciis, Civitatibus, Castris, & Commendaturis seu Palatinatibus, *&c.* succincta Descriptio, cui addita est brevis Narratio, quomodo hæc regio in jus Invictissimi Regis P. SIGISMUNDI AUGUSTI, cesserit, & quo pacto à Moscorum Principe, & Rege Svec. diminuta fuerit. Ex *Rebusp. Polon.* &c. *Elzevir.* huc referri debent: Excerpta de Valachia, ex THUANI *Histor. Lib. LVIII, p.* 254; De Litvanæ Gentis origine & moribus, ex *Alex.* GUAGNINI *Sauromatia Europæa*, *p.* 256; Quædam ad Lithuaniam pertinentia ex fragmentis MICHALONIS *Litvani, pag.* 265; De Ducatu Samogitiæ ex *Alex* GUAGNINO *p.* 274; *Johannis* LASITII, *Poloni*, de Diis Samogitarum, ceterorumque Sarmatarum, *p.* 291, qui Tr. seorsim prodiit *Basil.* 1615. 4; Articuli constitutionum bellicarum M D. Litvaniæ in Comitiis generalibus constituti, & a *Gregorio* CHODKIEWICIO, Supremo & Generali copiarum Imperatore, confirmati & militibus imperati, *p.* 309; Prussiæ cum suis Provinciis & Civitatibus compendiosa Descriptio ex *Alex.* GUAGNINO, *p.* 318; Origo & series Principum Teutonici Ordinis, *p.* 343; Livoniæ descriptio cum addita Narratione, quomodo hæc regio in Ius R. P. SIGISMUNDI AUG. cesserit, *p.* 366.

§. L.

In specie, Historiam Lithuaniæ.

Ex his Provinciis tres inprimis eminent, in quarum historia evolvenda Scriptores laudabilem posuerunt industriam, nempe LITVANIA, LIVONIA & BORUSSIA, quorum Scriptorum Catalogum breviter jam, servato certo ordine, texemus. Et quod primum LITVANIAM attinet, ejus Annales consig-

navit

navit *Matthias* STRYKOWSKI OSSOSTEVICIUS, Canonicus Samogitiæ, Vir (teſtimonio *Kojalovicii*) ſua ætate pereruditus, in Hiſtoria Lithvanica, quæ Polonice, 1582. *Regiomontanis* typis in *fol.* ap. *Georg. Oſterbergium* exſcripta eſt. Auctor huius hiſtoriæ, notante paſſim *Hartknochio*, Libros *Alex.* GUAGNINI, *de Sarmatia Europæa*, (quos ſupra §. VI. recenſuimus,) non uno in loco ſibi vindicat: teſtatur enim, *Lib. VI. Hiſtor. Litvan. c. 13.* & alibi paſſim, DEUM T. O. M. quod Guagninus ille Italus „ne primis quidem Heliconis fontibus labra admoverit, lite-„rarumque prorſus expers, ſibi hunc laborem, cum ſtipen-„dia mereret, ſurripuerit. Sed ut ad *Strykovium* noſtrum redeamus, Liber ejus, cum Polono ſermone conſcriptus, exterorum uſibus plane inutilis eſſet, domi vero, diſtractis pridem paucis exemplaribus, brevi interiturus videretur, novo operi manum admovit *Albertus* WIJUK KOJALOWICZ, S. J. Th. D, qui latino idiomate Hiſtoriam Litvanam ſcripſit, cuius Pars prior Libris IX. prodiit *Dantiſci* per *Förſterum*, 1650, poſterior (quæ rarius comparet) *Antverp.* Ao. 1669. in 4to. In hac hiſtoria Auctor ita verſatus eſt, ut maxime notabilia ex Annalibus *Matthiæ* STRYKOVII excerpſerit, inque meliorem ordinem redegerit. Præterea ANONYMI Auctoris, Rerum in M. Ducatu Lithuaniæ per tempus rebellionis Ruſsicæ (A 1648.) geſtarum Commentarius, Libris II. conſtans, prodiit *Elbingæ*, typis *Achatii Corellii* 1655. 4to, ubi etiam obiter & ſuccincte attinguntur, quæ in annexis Regno Pol. Provinciis eodem tempore evenerunt. Vitam & mores Lithuanorum in Boruſſia ſub diſtrictu Inſterburgenſi & Ragnicenſi degentium, brevi Delineatione adumbravit *Erh.* Wagner / *Inſterb. Bor. Regiomonti* typis *Oſterbergerianis*, 1621. 4. Ad ſtatum *Eccleſiaſticum* præter REGENVOLSCIUM & LUBIENIECIUM, ſupra adductos, faciunt *Alberti* WIJUK KOJALOVICII, S. I. Miſcellanea rerum ad ſtatum Eccleſiaſticum in M. Duc. Lithv. pertinentium, *Vilnæ* 1650. 4. edita; Itemque *Staniſl.* CHOCHLOWSKI, quondam Ord. Franciſcanorum in Conv. Vilnenſi Guardiani, nunc converſi, Epiſtolæ V. quas de Epiſcopo Litigioſo (ita enim titulus habet,) & ſeditionum in Eccleſia Dei & in Rep. Conci-

Concitatore, *Conſtantino Brzoſtowski*, Epiſc. Vilnenſi, nulla mentione loci (quem tamen *Rigam* eſſe quidam putant,) facta, 1695. in *fol.* vulgavit, atq; *Ordinibus Fœderatar. Belg. Provinc.* inſcripſit. In quibus V. Epiſtolis ad *Henr.* LIPSENBERGIUM, *Bohemum*, (cujus Reſponſum in fine *fol.* 116. Epiſtolam VI. abſolvit) ſcriptis, etiam literæ aliorum, *Andreæ* nempe SANCTACRUCII, Nuncii Apoſt. *Caroli* Principis RADZIWILI, M. D. L. Pro-Cancell. itemq; *Caſimiri* SAPIEHÆ, Palatini Vilnenſ. Supremi Exercit. M. D. L. Ducis, &c. Forma item Excommunicationis contra *Caſimirum Sapieha* A. 1694. promulgatæ, & alia Inſtrumenta publica decretaque exhibentur. Jus Lithuanicum concernunt Deciſiones *Petri* ROYZII, *Maurei Alcagnicenſis*, Regis Pol. JCti, de Rebus in ſacro Auditorio Litvan. ex appellatione judicatis, ad Sigiſmundum Auguſtum, P. R. quæ prima vice prodierunt *Cracov.* 1563. 4, & poſtea *Francof. ad M.* una cum Deciſionibus Senatus Pedemontani, & Parlamenti Pariſienſis per *Petr.* FABRICIUM, impenſis *Hier. Feyerabendii*, A. 1570. f. recuſæ ſunt. Statutum Litvaniæ conſenſu VLADISLAI IV. totiusque Reip. Pol. editum eſt *Varſav.* 1648. *f.* Alia ſcripta huc pertinentia, ut KOLUDZKI Promptuarium, *Sam.* KUSZEWICZ Collectanea, *&c.* ſupra jam memorata à nobis fuere.

§. LI.

Livoniæ.

Hiſtoriam LIVONICAM ſpeciatim ex antiquis deſcripſerunt *Balthaſar* RUSSOWIUS, Præco Verbi Div. Revalienſis, qui lingua germ. infer. Chronicon huius Provinciæ uſque ad A. 1578. ſecunda vice edidit *Roſtochii*, 1578. 8. per *Auguſtin. Ferberum*, quod poſtea auctius ad A. 1583. uſque perductum, Tho Bart per *Andr. Seitnerum*, 1584. 4. excuſum eſt. Deinde extat *Salomonis* HENNINGII, *Vinarienſis*, Duci Curland. a Conſil. Chronicon Livoniæ & Curlandiæ ab A. 1554. ad 1590. tempore diuturni belli Moſcow. germ. lingua exaratum, quod *Lipſiæ* 1594. *in folio* publicatum eſt. Hiſtoriam belli Livonici, quod Dux Moſcoviæ adverſus Livones geſſit, deſcripſit *Tilemannus* BREDEMBACH, Canonicus Dorpatenſis, *Duaci*, 1565. 8. quæ inſerta eſt *Rerum Moſcovit. Scriptor. p.* 210. De *Laurent.* MÜLLERI Hiſtoria Polonica, Livonica & Moſcovit. germ. exarata, actum ſupra

ſupra §. XVI. Germanico etiam ſermone prodiit *Matthæi* (quem B *Hartknochius* ubique *Thomam* ſalutat, eumque plagiariis annumerat) WAISSELII, *Bartenſteinenſis*, Paſtoris Lanckheimenſis Chronicon vetuſtarum rerum Pruſſicarum, Livonicarum & Curonicarum, (Preußiſch, Liffländiſcher und Curl. Sachen.) *Regiom.* 1599. 4, quod ad A. 1525, quo ALBERTUS, relicto Ordine Teutonico, Dux Pruſſiæ factus eſt, extenditur. Ex recentioribus vero, in Livonica hiſtoria deſcribenda occupatus fuit *Caſparus* von CEUMERN, *Salcenſis Sorabus*, primum Advocatus, deinde Secretarius Ordin. Equeſtris, poſt Adſeſſor & Vice-Præſes judicii Aulici Dorpatenſis, tandemque Conſiliarius Provincialis in Duc. Livoniæ, qui Theatridium, ut appellat, Livonicum (Kleine Lieffländiſche Schau-Bühne/) edidit, quo non tantum omnium Epiſcoporum & Archi-Ep. ut & Magiſtrorum Ord. Mariani, ſive Templariorum, Regumque nomina, ordine Chronologico, uſque ad A. 1621, quo urbs Riga in Svecorum poteſtatem tranſiit; Sed etiam Catalogum urbium, arcium & monaſteriorum, prout A. 1555 ante Moſcorum irruptionem ſe habuerunt, earumque Eccleſias, Nomenclaturamque Nobilitatis tum extinctæ, tum hodie florentis, Privilegia quoque cum in antiqua inferior. Saxon. lingua, tum in latina, Nobilitati quondam conceſſa, germanice verſa, Monetæ denique antiquæ valorem ſuppeditat; quod Opuſculum prodiit *Rigæ* 1690. 4. Eodem ſtylo Livonicam hiſtoriam una cum Eſthonica & Lettica nobis exhibuit *Chriſtian.* KELCHIUS, Paſt. ad D. Joan. Jervæ in Ducatu Eſtlandiæ, quod Opus V. Libris diſtributum, & ad A. 1690. perductum, lucem adſpexit *Rudolphſt.* 1695. 4. Extat quoque ANONYMI Neu-eröffnetes Liefflándiſches Theatrum, vorſtellend eine kurtz-gefaßte Erzehlung der Liefflándiſchen alten und neuen Geſchichte und Regiments-Veránderungen/ Ao. 1701. 4. Anglico ſermone nuper prodiit ANONYMI Narratio de Livonia (*An Account of Livonia*) una cum Hiſtoria originis, progreſſus & interitus Ord. Teutonici Mariani, nec non de Ducatibus Curlandiæ & Semigalliæ, & de diſtrictu Piltenſi, adjecta deſcriptione Itineris ex Livonia in Belgium A. 1698. facti, *Londini* 1701. 8. cuius

Libri

Libri excerpta legi poſſunt in *Jacobi Bernardi Nov. Reip. liter.* A. 1701. *T.* 2. p. 603. *ſeqq.* & in *Act. Erud. Lipſ.* 1702. p. 262.

§. LII.

Minoribus magisque ſpecialibus Livonicæ Hiſtoriæ ſcriptis accenſenda Livoniæ Hiſtoria in compendium ex Annalibus contracta, à *Thoma* HORNERO, *Egrano*, cui acceſſit *Johannis* *Miſcellanea* MENETII ſeu MELETII de Sacrificiis & idololatria veterum Livonica. Livonum & Boruſſorum Libellus, in Academia *Regii Montis* excuſus per *Joh. Lufft*, 1551. 4. de quo infra §. LV. In ſpecie Encomion urbis Rigæ, Livoniæ emporii celeberrimi, approbante *Joh.* SIMONIO, Prof. Eloqu. Roſtoch. exercitii gratia ſcriptum & publice recitatum ab *Henr. ab* ULENBROCK, Riga-Livono, *Roſtoch.* 1615. 4. Sic & *Claudius* ARRHENIUS OERNHIELM, S. R. M. Svec. Hiſtoriographus, in *Vita illuſtrisſimi Herois Ponti de la Gardie*, Exercituum Svec. Supremi Ducis, regnante JOANNE III. Svecorum R. glorioſiſſimo, *Lipſiæ*, 1690. 4. edita, totius fere Livoniæ hiſtoriam complexus eſt. Sub Præſidio Dn. *C. S.* SCHURZFLEISCHII, A. 1700. d. 28. April. Livoniam certis propoſitionibus comprehenſam, publice defendit *M. Herm.* BECKER, *Livonus*; qui etiam ſeorſim Hiſtoriam Eccleſiaſticam huius Gentis, diu deſideratam illuſtravit, propoſita, Reſpondente *Chriſtiano Braunſchwigio* Belgardia Pomerano, *Viteb. d.* 22. *Maji*, eodem adhuc anno, Diſſertatione, cui titulus: *Livonia in ſacris ſuis conſiderata*, ubi argumentum hoc in tria diſtinctum capita exhibuit, quorum primum de impio Livonorum cultu, alterum de religionis cultu in Eccleſia Rom. recepto, tertium de renovato & inſtaurato per D. Lutherum cultu, agit. Eruditum ſcriptum eſt Dn. *Henr. Leonh.* SCHURZFLEISCHII, qui *Conradi Samuelis* Frater digniſſimus, Hiſt. Prof. in Academ. Vitebergenſi claret, Hiſtoria Enſiferorum Ordinis Teutonici Livonorum, publicata *Vitenb.* A. 1701. 8. De quo Ordine Celeberr. *Frater* Diſſertationem brevem, antea in lucem ediderat Viteb. 1685. in 4*to*. Reſp. *Andrea Hornung* Rev. Livono Juvabit quoq; ad notitiam hujus Provinciæ Diſſert. hiſtorica de Civitatibus Hanſeaticis cum in genere, tum de nonnullis ac præſertim Livonicis in ſpecie, in florentiſſia propter Salam Univerſitate,

verſitate, Præſide M. *Vldarico* Heinsio, ac Reſpond. *Henr. Meiero*, Riga-Livon. Ao. 1684. habita. Pariter in *Ant.* Varillasii *Hiſtoria de Revolut. Europæ in materia religionis*, (gallice edita, *Pariſ.* 1690. 12.) *T.* 5. *lib.* 24. *in fine*, quædam, quamvis odioſe ſatis, referuntur, quæ à Gotthardo Kettlero, Livonici Ord. Magiſtro, in religionis mutatione, & accepto à Rege Pol. Curlandiæ Ducatu acta fuere. Jus Livonicum edocebit *Dionyſius* Fabri, Pomerania oriundus, Vir doctus, qui ob inopiam ſcholarum in Livonia, circa A. 1538. Livonicos Proceſſus juris, quinque Libris conſtantes, in lucem emiſit, ut habet *Herm.* Becker / *in Livonia in ſacris ſuis conſiderata*, c. 3. §. 4. Prodiit quoque *Friderici* Menii in Acad. Dorpat. Juris Prof. Hiſtoriſcher *Prodromus* des Liefflándiſchen Rechtens und Regiments / Dörpt. 1633. 4. Ad notitiam Autorum, qui Rigæ ſcripta quædam publicarunt, proderit *Jo. Joach.* Phragmenii, *Rigenſis*, Diſſ. de Riga literata, quam Præſide *Dn. D. Zach.* Grapio, *Roſtochii* 1699. eruditorum examini ſubmiſit. Faciet ad hanc claſſem quoque Transactio inter Wilhelmum, Archi-Ep. Rigenſem & Magiſtrum Ord. Livon, ac SIGISMUNDUM P. R. per Commiſſarios Imperii Rom. 1557. *d.* 5. *Sept.* confecta, quæ extat in *David.* Chytræi Saxon. *f.* 967. *ſeqq. edit. Lipſ.* 1611. f. Idem Auctor, Nobilitatis Livonicæ privilegium, (quod etiam Generoſus Dn. von *Ceumern* P. 2. *p.* 62. *ſeqq.* exhibet,) cum adjecta ſerie primorum Livoniæ Epiſcoporum & Archi-Ep. Rigenſium, quibus brevia epigrammata ſubiunguntur, Appendici *Libr. cit.* inſeruit, f. 974—980; quorum, ut & Magiſtrorum Ord. Catalogum, ſupra jam f. 18—21. ferme dederat. In Livonia, Regibus Pol. adhuc ſubiecta, *generales*, ut vocantur, *Reviſiones* duæ inſtitutæ ſunt quarum prima, auctoritate STEPHANI R. P. A. 1582, per *Stanisl. Pekoslowski, Jo. von Thieſenhuſen, de Berſon, Theod. Skumin, Daniel. Hermannum & Samuel. Ceraſin* inſtituta; altera iuſſu SIGISM. III. 1599. per Reviſores ſive Commiſſarios, ut vocant, octo, quorum caput erat *Jo. Demetr.* Solikowski, facta eſt. Atque Hic, commiſſione finita, Rigæ *d.* 28 *Sept.* 1599. in ſupremo diſceſſu egregiam ad Livoniæ incolas orationem habuit, quæ ſequ. Ao. 1600. typis *Acad. Samoſc.* exſcripta, & „hoc titulo vulgata eſt: Ad Livones Reverendiſſimi in Chriſto „patris & Dn. D. *Jo. Demetr.* Solikowski, Dei & Apoſt. Se„dis gratia, Archi-Ep. Leopol. & R. P. ac M. D. Lithv. in Li„vonia cum aliis Collegis Generalis Commiſſarii, Paterna & „Amica Paræneſis, *Samoſci* 1600. 4. Fuerunt illi Collegæ ſeqq: D. *Leo Sapieha*, M. D. L. Cancell. *Georg. Schenking*, Caſtell. Vendenſ. *Matthias Leniek*, Caſtell. Derpatenſ, *Petr. Oſtrowski*, *Bertram. Holtzſchur*, Succam. Dorpatenſes, *Joh. Vilczek*, & *Dav. Hilcken*, Secretarii Regii, uti in fine ex Allocutione *Solikovii* eluceſcit. Seorſim Conſtitutiones Livonicæ poſt ſubmotum ex Livonia Moſchum à STEPHANO P. R. ſancitæ, *Cracov*, primum in officina *Nicolai Scharffenbergeri*, 1583. 4. editæ, mox hic *Gedani* elegantioribus typis recuſæ ſunt. Quibus addantur Conſtitt. Livonicæ SIGISMUNDI III. 1589. 4. Nova Singularia de fame memorabili, quæ A. 1602. in Semigallia ſub FRIDERICO Duce accidit, german. conſvetudine per *Frider.* Engelcke, Paſtorem Liv. *Reg.* 1603. 4. prodierunt. Habentur etiam Epiſtolæ duæ Hiſtoricæ, prior, qua Rigenſes ad Seren. SIGISMUNDUM III. R. P. cauſas perſcribunt, ob quas ſe urbemque ſuam, Livoniæ metropolin, in poteſtatem Seren. GUSTAVI ADOLPHI, Svec. Regis, & quibus conditionibus dederint; poſterior Christophori Radzivilii, Principis Birzarum, &c. invectiva contra Rigenſes, qui fortiter reſiſtere debuerunt, vernaculo ſermone impr. *Francof.* 1622. 4. Utraque cum duabus aliis Epiſtolis exhibetur quoq; in Tr. de Expugnatione Civitatis Rigenſis, Livoniæ metropolis A. 1621. à Guſtavo Adolpho facta, exc. *Rigæ* p. *Nic. Mollinum* 1623. 4.

§. LIII.

Hiſtoriæ Pruſſicæ Scriptores.

Scriptores Hiſtoriæ Pruſſicæ, præter *Caſp.* Hennebergerum & *Caſp.* Schützium, de quibus mox dicemus, accurate ſatis recenſuit *Chriſtoph.* Hartknochius, Diſſ. I. *Select. Diſſ. Hiſtor. de Var. Reb. Pruſſ.* & in præf. *Pruſſia Vet. & Nova*, ex quo velut in compendio, præcipuos Scriptores, eoſque typis editos, hic iterum repetemus, adiectis quibusdam aliis ab illo prætermiſſis. Primus vero in hoc ordine locus merito aſſigna-

assignatur *Petro* de DUSBURG, Ord. Teuton. Sacerdoti, qui sub initium Sec. XIV. Chronicon Prussiæ scripsit, in quo Ordinis Teutonici origo, nec non res ab ejusdem Ordinis Magistris, ab A. 1226 usque ad 1326. in Prussia gestæ, exponuntur. Quod Chronicon cum Incerti Auctoris Continuatione usque ad ann. 1435; cum Notis item peculiaribus in Dusburgensem; Privilegiis quibusdam, quæ Prussis antiquis concessa sunt; & Differt. XIX. antea allegatis, Antiquitates Prussicas complexis, edidit M. *Christoph.* HARTKNOCH, *Jenæ* 1679. in *4to.* Deinde *Erasmi* STELLÆ, *Libanothani*, Med. D. & CCS. Zviccaviens. duo de Borussiæ Antiquitatibus Libri laudari debent, de quibus supra §. VI. Stellam excipit M. *Georg.* RANIS, qui breve Chronicon Prussiæ concinnavit, quod sine Auctoris nomine Ao. 1536. & iterum Ao. 1564. in *4to* editum est *Elbingæ* apud *Wolfg.* DIATMARUM, quo tempore alterius Anonymi simile Chronicon germ. ab A. 1200. usque ad A. 1525. *Regiom.* 1568. 4. publicavit *J.* DAUBMAN, illius loci Typographus, qui uterque liber sub Typographi nomine vulgo allegatur. Non minus commendari debet M. *Dionysii* RUNAWII, *Dirsaviensis Prussi*, Historia belli XIII. annorum, ab A. 1454. ad 1466. gesti, ubi adiecta Descriptio belli duorum annorum 1520. & 1521 inter SIGISMUNDUM I. Reg. P, & ALBERTUM, Magistrum Ord. nec non Civitatum, Castellorumque Prussiæ, iuxta seriem alphabeticam Recensio, quæ omnia germanice vulgata sunt *Vitenbergæ* ap. hæredes *Jo. Krafft*, 1582. 4. Maiori studio historiam rerum Borussicarum, vernaculo sermone contexuit *M. Casp.* SCHÜTZIUS, urbis huius quondam Secretarius fidelissimus, eamque ad A. usque 1525. perductam, una cum Magistrorum Ord. Teutonici Insignibus, aliisque figuris, ac Tabula geographica *Henr.* CELLII, X. Libris edidit *Servestæ* 1592. *f.* Hoc opus, sine adiectis tamen figuris, iterum recusum est, cum Historiæ Continuatione, quæ tribus Libris absolvitur, per D. *Davidem* CHYTRÆUM facta, & cum *Georgii* KNOFFS Descriptione belli a STEPHANO adversus Gedanenses 1577. suscepti, *Lips.* ap. *Henning. Grosſium*, & *Islebii* 1599. f. vulgata. Liber *Imus* Prussiæ memoratæ *Casp.* SCHÜTZII

antea

antea prodierat *Regiom.* 1563. 4. Chorographicum magis scriptum est *Casparis* HENNEBERGERI, Pastoris primum Mülhusini, & deinceps Regiomontani, quod titulum gerit: *Brevis veraque Descriptio Provinciæ Prussiæ*, &c. german. excusa *Regiomonti*, 1584. 4, ubi præter Tabulam chorographicam, adjecta descriptio germanica omnium Magistrorum Ord. Teutonici, à DAUBMANNO quondam edita, cum Insignibus Magistrorum huius Ordinis. Ex hoc *Hennebergeri* Libro αὐτολεξεὶ esse desumta, quæ in ANONYMI *Belgæ* Chronico Prussiæ, eodem Belgico sermone, *Harlemi* 1657. edito, leguntur, testis est *Hartknoch.* loc. antea cit. Idem vero HENNEBERGERUS postea quoque edidit stylo germ. Commentarium, sive Explicationem *Prussicæ Tabulæ geographicæ majoris*, quam seorsim primum satis accurate delineaverat, quæque hodie inter rarissimas tabulas merito numerari debet. In hac vero germanica Explicatione, quæ per *Regiomontanum* prelum rursus A. 1595. in *fol.* lucem adspexit, & in qua etiam Insignia Magistrorum Ord. Teut. iconibus expressa sunt, Auctorem celeberr. in Dantiscanos nonnihil fuisse iniquiorem, animadvertere licet. De *Matthæi* WAISSELII Chronico veterum rerum Prussicarum, Livonicarum & Curonicarum, mentionem iam fecimus, §. LI.

§. LIV.

Alii Scriptores Historiæ Borussicæ.

Ab Hartknochio etiam affertur ex veteribus *Martinus* MURINIUS, qui sub finem Sec. XVI, ANONYMI Chronicon germanicum Polonicæ consvetudini tradidit, quod secunda vice per *Sigism. Kempinium*, Typograph. *Cracov.* 1606. editum, Thoruniensibusque, uti etiam in priori factum erat editione, nuncupatum fuit. Ex recentioribus *Jo. Casp.* VENATOR, Th. D. Ordini Teuton. à Consiliis & sacris, Ecclesiæque Mergentheimensis in Franconia Pastor, *Noriberg.* Ao. 1680. in *4to* germanice edidit Relationem historicam de Ordine Equestri Teutonico Mariano, qua res Borussicæ haud parum illustrantur, ubi adiectæ quoque sunt plurimæ figuræ, ut & Insignia Magistrorum Ordinis. Notitiam huius Ordinis insigniter etiam iuvabunt, quæ Clariss. Dn. J. P. LUDOVICI, D. & Profess. Halens. in lib. qui inscribitur: Verthaidigtes Preussen wider den An-

spruch

ſpruch des Teutſchen Ritter-Ordens / ꝛc. in Mergentheim / 1703. 4. edito, attulit. Eximia inſuper Diſſertatio eſt Dn. C. S. SCHURZFLEISCHII, quam de Rebus Pruſſorum, *Vitembergæ* Anno 1672 in 4. habuit; ad quam etiam *Annotata* ſcripſit Anno. 1674. *ibidem* in *4to* publicata, typisque eius loci repetita A. 1693. in *4to*. Præ aliis omnibus vero de patria ſua optime meruit Vir Clarisſimus nobisque ſæpius laudatus M. *Chriſtoph.* **Hartknoch** / *Paſſenheimenſ. Boruſſus.* Nam præter *Diſſertt. de Var. Rebus Prusſic.* aliquoties memoratas, ab eius ingenio profecta eſt Deſcriptio germanica *Prusſiæ Vet. & Novæ*, duabus partibus comprehenſa, & cum figuris edita *Francof.* 1684. f: quæ in quibusdam convenit cum DUSBURGII Chronico eiusque Continuatore, in nonnullis vero etiam differt, cum plurima hic de novo adiecta ſint, & reliqua quoq; plenius uberiusque exponantur. Ejusdem Auctoris induſtriæ debemus *Prusſiæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam*, ſtylo itidem german contextam, & VI. Libris abſolutam, quæ prodiit *Frcof.* & *Lipſ.* 1686. 4. Recentioribus ſcriptis annumeranda eſt Notitiæ Ducatus Prusſiæ delineatio generalis & ſpecialis *Jac.* LYDICII, *Hohenſteina-Prusſi,* excuſ. *Witteb.* 1677. 12, in quo tamen Tractatu Prusſiæ Ducalis imprimis habetur ratio. Ante biennium prodiit *Germani* **Adlerholdea** Höchſtgeprieſenes Preuſſen / oder umbſtändliche Beſchreibung des herrlichen Landes Preuſſen / ꝛc. nebenſt einer Verzeignuß aller fürnehmſten Städte / Veſtungen und Plätze / ſamt deren Merckwürdigkeiten / Franckf. und Leipzig 1704. 12. in quo Tr. nonnulla quoq;, quæ moderna belli calamitate in Pruſſia a Svecis geſta ſunt, exponi deprehendes.

§. LV.

Miſcellanea Prusſica, cum Eccleſiaſtica, *tum* Naturalia & Literaria.

Eandem Pruſſiæ hiſtoriam illuſtrabit *Jacobi* **Herden** / *Juris Pract.* Bekehrtes Preuſſen / Thorn / 1690. 8. Ex antiquis *Jo* MELETIUS, ſeu ut alibi ſcribitur, MENETIUS, Archi-Presbyter Lycenſis in Borusſia, Epiſtolam ſcripſit ad *Georg. Sabinum*, primum Acad. Regiom. Rectorem, de *Pruſſorum veterum idololatria*, quam ipſe Auctor primum edidit *Regiomonti* 1551. 4; deinde vero Ao. 1563. eadem forma emendatam & auctam (ut titulus habet) recudi fecit *Hier.* MELETIUS, Jo. filius, Principi Pruſſ. ab interpret. linguæ Polon. quæ præterea extat cum Anonymi Epiſtola ad D. *Chytræ-*

Chytræum ſcripta, de Ruſſorum religione, *&c.* A. 1582. 8. impreſſa, & *Collectioni Francof. Scriptor. Polon. T. 2. p.* 417. inſerta. Plenius de religione Pruſſorum egit *Cæleſtin.* MISLENTA, Theol. Regiom. celebratisſ. in *Prolegom. ad Manuale Prutenum, Regiom.* 1626. 8. In Reformatorum gratiam, german. prodiit Brevis Relatio, de Religione Reformatorum in Borusſia, *Hanoviæ* 1603, 4. cuius Libri auctor eſt D. *Jac.* FABRICIUS, ſicut ipſe fatetur P. II. der *Probation*-Schrifft contra *Coletum* p. 723. & 727. Verum occaſione hujus ſcripti alia ſimilis generis eo tempore prodierunt, quæ cum eriſtica ut plurimum ſint, h. l. recenſere nolumus. Specialia ſcripta ſunt *Æneæ* SYLVII Vita S. JUTÆ, & *Thomæ* CLAGII LINDA MARIANA ſeu de Virgine Lindenſi in Borusſia, qui trr. ab *Hartknochio* memorantur. Quibus addi poteſt *Fr.* SZEMBECK, *Cracovienſ.* Collegii Brunsberg. *S.* J. de Vita S. DOROTHEÆ, Prusſiæ Patronæ, aliorumque eius Patronorum Tr. *Thorunii*, 1638. 8. editus, & impenſis *Adriani* von der Linde / Canonici Varmienſis, A. 1698. 8. recuſus, atque Illuſtr. Rever. & Excellent. Epiſcopis, Palatinis, Caſtellanis, Dignitariis, univerſisque Statibus Terrarum Prusſiæ dedicatus. Pariter S. WOITICHI ſeu Voicechii, alias *Adalberti*, communis Pruſſiæ Doctoris, & velut Apoſtoli Vita, reperitur ap. *Caniſium* T. V. *Antiqu. Lect. P. II. p.* 329. ſeqq. & *Laur. Surium T. II. in Vit. Sanct.* ad d. 23. *Aprilis*, ſine auctoris nomine; Sed inter Scriptores *Rerum Bohemicarum* per *Marqu.* FREHERUM, *Hanov.* 1602. & 1607. *fol.* editos, (ubi pariter extat,) COSMÆ PRAGENSI adiudicatur: præter quam adhuc alia ADALBERTI Vita, a *Matthia Bened.* BOLELUCKI conſignata, ab *Hartknochio* allegatur. Extat inſuper *Stan.* HOSII, Card. Maioris Pœnitentiarii & Epiſc. Varmienſ. Vita, a *Stan.* RESCIO conſcripta, quæ juxta primam editionem, *Romæ* (ubi obiit Hoſius) 1587. impreſſam, recuſa proſtat *Olivæ* 1690. 8. Teſtam. *Eius*, *Heilspergæ* 1569. ſcriptum, annectitur *Opp.* illius *Tom. II. f.* 483; ubi etiam f. 484. legitur Epiſt. *Stanislai* RESCII de Tranſitu & Dormitione D. *Stan. Hoſii*, ad fratrem *Joh. Hoſium* perſcripta, ut & *Eiusdem* Autoris Ode lugubris, f. 485. De Vita *Nicol.* COPERNICI, *Thorunenſ.* Canonici Frauenb. qui A. 1543. *ibidem* demor-

demortuus eſt, peculiari Libro egit *Petrus* GASSENDUS, Dicnenſ. Eccleſiæ Præpoſitus, cum *Eiusdem* L. de Vita Tychonis Brahei, *Pariſ.* 1654. & *Hagæ C.* 1655. in 4. excuſ. Reſtituta Evangelii luce præclare de univerſa Borusſia meruit D. *Jo.* WIGANDUS, ultimus Pomezanienſ. Epiſcopus, de cuius vita & obitu extat Oratio funebris, a Viro b. m. *Conrado* SCHLÜSSELBURGIO habita, quæ una cum Catalogo librorum à Wigando editorum *Francof. ad M.* 1591. 4. & alibi publicata eſt. De Vita eius præterea *Melch.* ADAMUS in *Vitis German. Theol.* p. 603. ſeqq & Vir Clarisſ. Dn. *Jo. Caſp.* ZEUMERUS, in *Vitis Theol. Jenenſium* p. 46. ſeqq. conſuli poſſunt. Vid. etiam *Bibliothec. Antiqua* ann. 1705. *pag.* 49. Ipſe *B.* WIGANDUS de Succino Borusſico, de Alce Borusſica, & de Herbis in Boruſſia naſcentibus Hiſtoriam conſcripſit, quæ una cum eius Conſideratione Methodica & Theologica de Sale, creatura DEI ſaluberrima, poſt obitum Auctoris in lucem emiſſa eſt, ſtudio *Joh.* ROSINI, Paſtoris Wickerſtadenſis, *Jenæ.* 1590. 8. Alias Succini Prusſici phyſicam & civilem Hiſtoriam, *Francof.* AO. 1677. in *8vo*, & aliam ſuccinctam Succini Prusſici hiſtoriam & demonſtrationem, *Berolini*, 1699. 4. edidit Dn. *Phil. Jacob.* HARTMANNUS, Medic. & Phyſic. Regiomont. celeberr. Fautor ſummopere colendus, qui aliorum etiam Auctorum, qui de Succino hoc ſcripſerunt, mentionem injicit. De laudibus Borusſiæ habemus Orationem conſcriptam per *Ern.* BARTHOLDI, *Dantiſcanum*, *Dant.* 1653. 4, & de Inſignibus Prusſiæ Exercitationem hiſtoricam, *Regiom.* 1693. *4to*, Præſide *M. Mich.* HOYNOVIO, Scholæ Löbnic. Rectore, & Reſp. *Henr.* SIVERTO ventilatam, ubi etiam figuræ quædam adiectæ ſunt. Solennia Secularia ob recuperatam à Crucigerorum tyrannide libertatem, ore *I. P.* TITII, Hum. & Eloqu. Prof, d. *VI. Martii*, 1654. celebravit Reſpublica GEDANENSIS, quæ Panegyris typis exſcripta eſt h. t. *Oratio ſecularis, Prusſia, Seculum, (ſublata Cruciferorum tyrannide,) libertatis, ſub Auguſtisſ. R. P. tertium ordiente,* Dantiſci in Auditorio Athenæi maximo habita; in qua terrarum Prusſiæ, ſub Cruciferis poſt eximia merita fœdisſime degenerantibus, calamitas, earundemque, profligata tyrannide, ſub Augu-

ſtisſ. Potentisſimisque Pol. Regibus, felicitas proponitur. Adiecta ſunt Carmina ſecularia, quæ eundem Virum latiniſſimum, (ut nonnemo Patronorum *B.* TITIUM vocare conſvevit,) agnoſcunt Auctorem.

§. LVI.

Scriptores ad Jus publicum Borusſiæ facientes.

Jus Prusſicum, inprimis quod ad Proceſſum attinet, edocebit *Io.* NIXDORFF, JCtus Gedan. cuius Opuſcula Juridico-practica, regnum Pol. terrasq; Prusſiæ regalis concernentia *Dantiſc.* 1685. 12. prodierunt. Præter hunc iam antea *Stanisl.* CARNCOVIUS ſeu KARNKOWSKI, Epiſc. t. t. Vladislav. nobis plus ſimplici vice allegatus, de *Iure provinciali terrarum maiorumque Civitatum Prusſiæ*, Libellum concinnaverat, eumque Regi Pol. Henr. Valeſio, inſcriptum ediderat, *Cracoviæ* in offic. *Nicol. Scharffenbergeri* 1574. in *4to*. Circa quem tamen obſervandum, Conſtitutiones SIGISMUNDI AUGUSTI de A. 1552, quæ *pag.* 43 *ſeqq.* adducuntur, & quas *Mart.* CROMERUS, a ſe conſcriptas eſſe, aſſerit, (*Polon. lib.* 2. p. 202,) quæque rectius Reſponſiones D. SIGISMUNDI AUGUSTI ad petitiones nonnullorum privatorum è Communitate Gedanenſi, vocari merentur, nunquam vim legis in Civitate Gedanenſi obtinuiſſe, nec in obſervantiam & praxin fuiſſe deductas; Cæteras vero *pag.* 79 *ſeqq.* relatas ita dictas Conſtitutiones Gedanenſes Anni 1570. cum annexis, per *Tractatus Portorii* cum Seren. Rege STEPHANO initos, & Varſaviæ in Conventu Regni Generali d. 26. *Febr.* A. 1585. datos, (quos exhibet *Reinh.* CURICKE, *Chron. Gedan. l.* 2. *c.* 20. *p.* 164. *ſeqq.*) abolitas eſſe, prout accepimus à Magnifico Dn. JO. ERN. von der LINDE, Patrono noſtro, aliquoties ſupra honorifice allegato. Proſtant etiam Exempla literarum (uti Inſcriptio habet) a Seren. STEPHANO, Polon. Reg. Civitati ſuæ Gedanenſi datarum, continentia Receptionem in gratiam, Abolitionem proſcriptionis, Confirmationem jurium, Cautionem de Religione, Edictum de juridicis Civitatis negotiis, impreſſum *Varſaviæ*, Anno 1578. in *4to*. De aliis Pruſſorum juribus, eorumq; editionibus variis, videndus *Hartkn. Diſſ. XVII de Var. Reb. Pr.* ubi tamen quædam editiones omiſſæ ſunt, videlicet

cet Editio Privilegii Culmenſis, (Colmiſche Handfeſte) germ. *Dantiſci* per *Franciſcum Rhodum*, Anno 1539. in *4to*; item Jurium Municipalium terrarum Prusſiæ, & Legum ad eas terras privatim pertinentium, *ibidem* Anno 1578. in *4to*. per *Iacob. Rhodum*, additis literis quibusdam SIGISMUNDI *I*. & SIGISM. AUG. aliisque Privilegiis, Civitates Prusſicas concernentibus, quæ Jura novisſime quoq; (iuxta exemplar Ged. *Andreæ Hünefeld* 1657,) *ib.* ſumtibus *Simon. Beckenſteinii*, 1685. 4, prodierunt, adiecto Jure terreſtri Nobilitatis Prusſiæ, A. 1598. correcto, quod latine primum *Thorunii*, *Andreas Cotenius* 1599 *4to* excudit, deinde latine, polon. ac germ. cura *Daniel.* PATTERSONII, *Dantiſcani* rurſus editum fuit hic *Ged.* 1625. & 1647. 4. In ſpecie quoad Jus *Culmenſe* emendatum, præter Magn. Dn. *Io.* KLEIN, mox iterum allegandum, eius cum Jure civili collationem, ſub moderamine celeberrimi JCti, Dn. *Barthol. Leonhardi* SCHWENDENDORFFERI, in Acad. Lipſienſi publice inſtituit Nobilisſ. Dn. *Io. Henr.* SCHULTZ, *Thorunenſ.* hodie Reip. patriæ a ſecretis, *Lipſ.* 1692. 4. Pertinent huc etiam: *Eliæ* RICCII Tr. Juridicus de ordine & forma Proceſſus Caſtri Skarſzevienſis Palatinatus Pomeraniæ, impr. *Oliva* 1691. 4; Item Proceſſus Judiciarius Epiſcopatus Varmienſis proprius, ex Laudo olim Statuum & Ordinum Epiſcopatus Varmienſis ſancitus, ac Judiciis omnium Inſtantiarum obſervatus, nunc marginalibus notis auctus, & impreſſus germ. & lat. in *Oliva* A. 1679. in *4to*. De Jure Indigenatus Terrarum Prusſiæ, polonice extat Differt. *Joannis* a WERDEN, Succamerarii Pomeraniæ, *Thorunii*, A. 1645. f, quæ altera parte auctior prodiit *Gedani* A. 1647. 4; Item de Indigenatu Sincera Collatio Jurium & Privilegiorum Poloniæ & Prusſiæ Regiæ ad ſopienda Statuum disſidia, *Mente Bona Concordia Gratia* (i. e. a *Michaele* BEHM, COS. Gedan.) ſcripta A. 1669. 4; nec non ſcriptum polonica lingua, non expreſſo Auctoris nomine, exaratum, cui titulus: *Ex ſervato Indigenatu Prusſiæ ſalus publica, ex non ſervato pernicies & ruina Provinciæ, per Indigenam Boruſſum orbi deducta*: Acceſſit Juris correcti Terrarum Pruſſiæ de ſucceſſionibus inter fratres & ſorores defenſio, impr. A. 1696. 4. Huic Anonymus quidam ſe oppoſuit

ſuit, edito eadem lingua, ſcripto, ſub tit: *Reſponſum Indigenæ Boruſſo datum, cuivis Nobili Polono, Fidem & Veritatem amanti, ad perlegendum neceſſarium*, in *4to*. Sed vindicavit prior Autor veritatem aſſertorum ſuorum, divulgato in publicum Tractatu, quem inſcripſit: *Replica Indigenæ Borusſi ad Reſponſum incivile, in veritate & iuſtitia errans, cuivis veritatem & ſalutem publicam amanti ad trutinam oblata per A. B.* (*Adamum* BAYERSKI) A. 1697. 4. Quod ad ſtatum Monetarium terras Pruſſiæ concernentem attinet, typis expreſſæ extant Quæſtiones tres monetales ad Conſultationes huius temporis in Republica Polona pertinentes, exſcriptæ *Gedani*, 1636. 4. (ab *Henr.* FREDERO, Synd;) Item Unvorgreiffliches Bedencken eines Müntzerfahrnen über itziger Zeit in Pohlen erregte Fragen vom Müntzwesen / quod latine quoque reperitur *in* 4. Eodem tempore prodiit Diſcurſus contemporaneus de cauſis aucti valoris monetarii in regno Polono, pro Innocentia officinæ regiæ, & redituum publicorum indemnitate, 1636. 4. Aliquot annis poſt in eodem negotio publicatæ ſunt Conſiderationes monetales circa commiſſionem monetariam Varſaviæ celebrandam probe expendendæ, 1659. 4, quæ Autorem agnoſcere dicuntur *Vinc.* FABRICIUM, Civ. Gedan. Syndicum, & germanice etiam recuſæ ſunt. Pertinet huc Brevis & Vera deductio damnorum, ex varii generis moneta, quæ in regno Poloniæ nunc cuditur, in ſpecie ex novis ſolidis cupreis provenientium, cum ſolida refutatione ſcripti Polonici, cui tit. *Informatio ratione Solidorum per Fidelem Indigenam Prutenum Nobili Polono oblata*, impr. polon. item latine, nec non german. Ao. 1661. 4. Paulo poſt in lucem exiit Diſcurſus de re monetaria Regni Poloniæ, oſtendens damna enormiſſima, ex vilioribus monetis novis argenteis & cupreis, eorumque remedia, ad trutinam Seren. Reip. Polonæ, *Mente Bona Sinceraque* (i. e. a *Michaele* BEHM, *Sileſio*;) conſcriptus A. 1664. 4. german. recuſus Ao. 1665. *4to*; Item Epiſtola Mercatoris cuiusdam ad Equitem Polonum, Statum modernum rei monetariæ concernens, A. 1669. 4, quæ Auctorem habere dicitur *Fabianum* GUSTMEIERUM, Secretar. Gedan. Jura Pruſſiæ circa expeditionem generalem bellicam, ſermone polo-

polono deduxit Autor Anonymus *Brevis Informationis, quod Borusſi bellica generali expeditione non ligantur*, impr. in 4; Item Autor brevis diſcurſus, *An Terræ Pruſſiæ ad expeditionem generalem bellicam una cum Regnicolis obeundam teneantur*, editi Anno 1651. 4. Eandem materiam nuper ſpeciali, ex Hiſtoria Pruſſica, diſſertatione eiusque continuatione, quibus oſtenditur, Boruſſos ad generalem Expeditionem extra fines ſuos non eſſe adſtrictos, in Gymnaſio *Thorunenſi* tractarunt, Præſes M. *Martinus* BÖHM, Prof. Publ. & Reſpondens *Iohannes Hintz*, menſibus *Octobr.* & *Decembr.* A. 1700. 4. Quæſtio, *An & quatenus Nobiles in Urbibus Pruſſiæ forum ſortiantur & poſſint iudicari*, ventilata eſt occaſione Nobilis cuiusdam Gedani decollati propter homicidium A. 1675, de quo Relatio typis polonicis excuſa eſt in *4to.* Alias extat Anonymi Informatio de juribus terrarum Pruſſiæ & Civitatis Gedanenſis, adverſus novam ibidem telonii affectationem, edita *Gedani* A. 1637. 4, cuius Tractatus Auctorem fuiſſe accepimus b. m. *Henricum* FREDERUM, Syndicum t. t. huius Civitatis meritisſimum, poſt ad Præ-Conſ. honores evectum, & 1654. quo à S. R. M. Burggrafii faſcibus fuerat ornatus, pie denatum, Illuſtr. Dn. CONSTANTINI FREDERI, hodie Præ-COS. & Inſulæ Neringianæ Adminiſtratoris, Mæcenatis maxime ſuſpiciendi, Parentem, qui amore Patriæ ductus, Exactionem *Spiringianam* in portu Gedanenſi contra iura publica noviter affectatam, modeſte retudit, anno, quo IVra InnoCentVM InIVrIIs & oDIIs graVantVr à SpIrIngIIs. Occaſione eiusdem prætenſi Telonii plurima tunc temporis in publicum prodiêre ſcripta, videlicet: Rationes contra telonii marini exactionem noviter affectatam, cum Reſponſione ad rationes adverſarias A. 1637. *4to*, (Autore præfato Dn. *Henr.* FREDERO;) It. de Telonio affectato cuiusdam Patriæ Amantis Diſſertatio, 1637. 4. (Auctorem agnoſcens *Joh. Erneſt.* SCHRÖER, Præ-Conſ Ged.;) Item *Information* wegen der Bürger Zulage in Dantzig/ (autore *Mich.* BORCKIO, Secretario,) extatque etiam polonice in *4to*; Item *Copie* einer *Misſive* eines Preußischen von Adel an einen in Litthauen/ von wegen der Stadt Dantzig Bürger Zulage/ (autore *Clemente* CÖLMERO) polonice etiam

etiam recuſa, 4; Item *Eliſei* AURIMONTANI ad Dantiſcanos Epiſtola, in qua Vatem iis popularem exhibet A. 1638. *4to*, quæ Epiſtola *Danielis* CRUSII, S. J eſt, (teſte *Piaſecio* in *Chron. geſtorum ſingular. in Europa, ſub ann.* 1638. p. m. 501.) Alii tamen *Ph.* LACKIUM, Ex-Secretarium Gedanenſ. Autorem faciunt; Item ad *Eliſei Aurimontani* Epiſtolam Reſponſoria, quæ Vanitatem ipſius peculiarem exhibet, excuſa *Alithopoli* an. 1638. *4to* (Autore *Joanne Erneſto* SCHRÖERO;) It. *Conſtantis* SINCERI Spongia in Eliſei Aurimontani Epiſtolam contra Dantiſcanos nuper editam, anno exeunte 1638. 4, (cuius autor *Chriſtoph.* RICCIUS, Syndic. Ged;) It. *Juſti* PATRICII ad Eliſei Aurimontani in Dantiſcanos Epiſtolam brevis Reſponſio 1638. 4. (Autore *Michaële* BORCKIO, Secret;) Item Diſcurſus neceſſarius, qui polonice quoque extat in *4to*; & Refutatio diſcurſus dicti neceſſarii, neceſſario conſcripta, ad demonſtrandam Civitatis Dantiſcanæ innocentiam A. 1638. 4, (cuius Autor eſſe dicitur *Joan.* CHEMNITIUS, Secretar;) item *Mare Balthicum*, i. e. Hiſtorica de„ductio, utri Regum, Daniæne an Poloniæ prædictum mare, à mul„tis jam annorum centenariis, aſſerente non fallaci hominum „cenſura, ſed ipſa nunquam fallibili natura, ſe deſponſatum fa„teatur & agnoſcat? Poloni cuiusdam nuper typis excuſo Tra„ctatui, qui Diſcurſus neceſſarius inſcribitur, oppoſita (à *Chriſtiano* LIPPE, Regis Daniæ Cancellario) germanice etiam translata *Ao.* 1638. 4; cui oppoſitum Scriptum, quod dicitur *Anti-Mare Balthicum*, ſive brevis & analytica Recapitulatio Tractatus nuper editi, cuius titulus eſt: Mare Balthicum *&c.* in vim Prodromi cuiusdam editum A. 1639. 4, (Auctore *Joanne* PFENNINGIO, Præ-COS. Mariæburg;) nec non *Joannis Antonii* CARNIOLI Eliſeus Aurimontanus defenſus A. 1639. *4to.* Quibus Tractatibus jungi poteſt Diſſ. ſuper vetere Auſtriacorum propoſito de occupando Mari Balthico, omnibusque & Poloniæ, & ſeptentrionalis Germaniæ mercaturis ad ſe attrahendis, in Galliarum & Fœderati Belgii detrimentum, una cum mediis, quæ hanc perniciem avertunt, Emin. Card. MAZARINO dicata, *Pariſ.* ann. 1644. in *4to.*

§. LVII.

Gedanenſia.

Seorſim Deſcriptionem hiſtoricam urbis DANTISCANÆ, quæ Pruſſiæ Regalis clarisſima Civitas audit, vernaculo quondam ſermone conſignavit *Reinboldus* CURICKE, urbis huius Secretarius A. 1645. quam e tenebris in lucem protraxit filius, Dn. *Georg. Reinbold.* CURICKE, figuriſque æneis illuminatam nitidiſſime edidit *Amſtelod.* per *Waesbergios* 1687. & 1688. f. Ædificia ſacra, ſive Templa huiusdem Civitatis ichnographice & hiſtorice, germanico adornavit idiomate *Barthol.* RANISCH, Civis & Architectus huius loci murarius, in arte ſua verſatiſſimus, *Gedan.* 1695. *f.* Qua lingua etiam Emblemata, civium huius loci ſignis militaribus inſcripta, A. 1646 explicuit *Ad. Iac.* MARTINI, in Libello, qui annectitur der kurtzen Beſchreibung / von *Ludov. Mar. Gonzagæ* Königl. Einzuge / ꝛc. d. A. in 4. Ex antiquis ſcriptis forte memorari poſſet liber parvus german. cui titulus: *Chronica* **oder Handbüchlein vieler Gedächtnüß-würdiger Geſchichte / von Anbegin der Welt / biß auff das Jahr** 1578. impr **Königsb.** 1579. 12, cuius libri maxima pars, præcipue poſterior, Annales Dantiſci continet, ubi ſeorſim quoque in fine accedit deſcriptio Dantiſci & Caſtelli, eod. idiomate. Inter recentiores, qui hanc urbem encomiis proſecuti ſunt, extant: (1. *Wenceslaus* CLEMENS, *Bohem.* Exul, cuius Gedanum ſeu Dantiſcum Carmine Heroico adumbratum, & in IV. Libros diſtributum, *Gedani*, 1630. 4 luci publicæ traditum fuit; (2. J. G. SALICETUS, cuius Poëma germ. extat ſub tit. Vergöttertes Dantzig / *Ged.* 1643. 4; (3. *J.* KLEIN, *Pannonius*, Gedani Schol. Barthol. R, qui publicavit Curiam Gedanenſem Anagrammaticam, A. 1651. 4; (4. *Eberh.* WASSENBERGIUS, qui nobis dedit *Saguntum in Dantiſco non deletam*, *Francof.* 1671. 4, in qua præcipue Gedanenſium fidem, & quæ poſt reſignationem JO. CASIMIRI ſecuta ſunt tempora, panegyrice perſequitur; (5. *Simon* JACHIMONOWSKI, S. J. & in vicino Schotlandiæ Collegio, quod a fundatore *Rozrazevianum* dicitur, Eloqv. Prof, cujus Oratio in laudem urbis Gedan. artibus literariis addictisſimæ, tempore ſolennis ſtudiorum Renovationis habita, ἀνωνύμως excuſa eſt *Gedani* 1684. f. ſub tit. *Summi in Emporio Gedanenſi Litera-*

Literarum Pretii; (6. denique *E. P Prodigium temporum in Republ Gedan. celebratum* 1692. f Ad ſtatum Naturalem ejusdem Civitatis pertinet *Nicol.* OELHAFII, Medici Regii, & in Rep. Patria Phyſici Ordin Elenchus plantarum circa Dantiſcum ſua ſponte naſcentium, *Stetini* typis *Rhetianis* an. 1643. 8. Hic Elenchus, qui ſecundum Alphabeti ſeriem procedit, & ſynonyma, locos natales, florum tempora & ſpeciales autores allegatos habet, ſub incudem revocatus eſt per B. Autoris in munere ſucceſſorem, *Laur.* EICHSTADIUM, D. *Ged.* 1656 8. Ex regno Minerali non obliviſcendum nobis eſt Lapidis Roſtochio huc delati, & a Magnif. Dn. *Ioh. Nicol* QUISTORPIO, Theol. Roſtochienſi, Plur. Rev. Dn. *Ioanni* Falcken / Paſtori ad D. Cath. aſſignati, iamque illius munere, in Bibliotheca publica aſſervati, cuius eminentiores literæ, calligraphico ſatis & ſuperioris ſeculi artem loquente ductu delineatæ, Gedanenſibus fauſta quævis apprecantur, his verbis: VIVANT GEDANENSES. Occaſione huius lapidis, Præclarisſ. Dn *Georg.* WENDIUS, (cui roganti ad ſpectandum lapis transmiſſus fuerat,) breve Schediaſma ſcripſit, hoc tit. inſignitum: *Vtrum notabilis illa Lapidis Roſtochienſis inſcriptio*, VIVANT GEDANENSES! *Naturæ adſcribenda ſit, an Arti?* Menſ. Mart. *MDCCIII*, Reſpond. *Chriſtoph.* Eißwagen / *Thor. &c.* ventil. & *Thorunii in 4to* impresſum, ubi ipſe beatus Autor pro Artis quidem pegmate decertat, inque eo omnes, quicunque literas curioſiori paululum luſtrarunt oculo, ſibi ὁμοψήφους promittit. Progredimur ad Scholas huius Civitatis publicas, (illa vera Eccleſiæ & Reip. Seminaria,) quas inter primum merito locum tenet GYMNASIUM, per VII. & quod excurrit, annos ſtudiorum meorum dulciſſima Mater, de cujus Conſtitutione Nova A. 1558. facta, Tractatum ſcripſit *Andreas* FRANCKENBERGER, huiusdem Gymn. t. t. Rector, poſt Vitebergam vocatus, *Gedani* ex officina *Iacobi Rhodi*, 1568, in *4to* Super hujus Gymn. Natali novo, quem dies 22. *Dec.* Anni 1643 ruentis attulit, & quo B. CALOVIUS Rectoratum adeptus eſt, Exclamationem panegyricam publicavit *Io* MOCHINGERUS, in *fol.* Seculare Jubilæum, quod cum *Illuſtri Ienenſi Acade-*

Academia, Athenæum noſtrum, idem, licet menſe diverſo, ſortitur, in Gymnaſio, die XIII. *Iunii* 1658, *Oratione Panegyrica* celebrandum, B. D. *Io.* **Maukiſch**/ peculiari indixit Programmate, typis *Rhetianis* in 4. excuſo, quo beneficiorum divinorum, per illud Seculum Gymnaſio exhibitorum, memoriam ſigillatim repetit. Eodem etiam tempore à ceteris huius Athenæi Profeſſoribus, laudato nempe D. MAUKISCHIO, D. *Laur.* EICHSTADIO, D. *Joach.* PASTORIO, L. *Chriſt.* ROSTEUSCHERO, J. *Pet.* TITIO, M. *Georg.* NEUFELDIO, *Wolfg.* ROSTEUSCHERO, & M. *Joh.* RAVIO, variæ cum Orationes Panegyricæ, tum Diſpp ſolennes ad hoc inſtitutum facientes, habitæ ſunt. Alias Doctores atq; Profeſſores in hac Muſarum ſede, una cum ſyllabo Præconum Verbi Divini in urbe patria, Vir pl. Rev. ac Cl. Dn. *Eph.* PRÆTORIUS, hodie R. Miniſterii Aug. Conf. addicti ap. Thorun. Senior, & ad D. Mariæ ib. Paſtor, *Lipſiæ*, 1704. 8, breviter recenſuit, prolixius vero id factnm eſt in *Ej. Athenis Gedanenſ.* quas ex eodem typographeo videre mox licebit. Præter Leges peculiares huius Athenæi aliquoties editas, & nuper Ao. 1701. 4. typis *Stollianis* repetitas, ſeorſim A. 1655, (quo B. Dn. D. MAUKISCHIUS Rect. munus gerebat,) in 4. prodiit *Breve Summarium, qua ratione juventus impoſterum in Gymnaſio, aliiſque Scholis Civitatis Gedanenſis, in latina atque aliis linguis uniformiter erudiri debeat.* De Incrementis *Bibliothecæ Gedanenſis* Epiſtolam & Commentationem, ſive Annales, dum Bibliothecarii munere adhuc fungeretur, compoſuit Summe Rever. Dn. D. SCHELGUIGIUS, Patronus atq; Præceptor omni animi ſubmisſione devotiſſime proſequendus, atque edidit 1677. 4: poſtquam antea jam publicaverat *Specimen Biblioſophiſtarum Gedanenſium*, ſeu erudita colloquia in Biblioth. publica intra trimeſtre hyemale habita, *Gedani* 1675. 8. Athenæo noſtro ſuccedat SCHOLA MARIANA, cuius me olim alumnum fuiſſe, non pœniter. Hæc, ut reliquas huius Civitatis Scholas Triviales taceam, cum ob alia, tum inprimis ob elegans celebrari meretur ædificium, pro cujus liberali inſtauratione, Charites ſeu gratiarum actionem vulgavit *Valentin.* SCHRECKIUS, Sch. Mar. Rector, ſub initium Anni 1582. in *4to.* Præterea de eadem extant Leges, officia Docen-

Docentium & Diſcentium in ſchola Mariana *Dantiſci* complectentes; it. Typus Claſſium & Exercitiorum puerilium, cum ſententiis quibusdam Eruditorum, de inſtitutione puerili & de officio ſcholaſtico, lat. & germ. *Dantiſci* 1592. 4. Ab hac Schola prodierunt Soteria, quibus *Gedanum*, ſeculo multis populis infeliciſſimo, ſe adhuc felicitate beantem collaudavit DEUM, modulantibus Filiorum ſuorum vocibus, in Schola B. Virg. *&c.* 1645. typis *Hünefeldianis* in 8. excuſa, quæ *Iac. Zetzkius*, Con-R. Deo, Curiæ, Prætorio & Jani-Medio Gedanenſi, conſecravit. Sed iam antea ſub reſtitutæ purioris doctrinæ tempus, Ludum literarium in hac Civitate, ex decreto Senatus aperuerat *Andr.* AURIFABER, qui de ſuo inſtituto parvum edidit Tract., cui titulus: *Schola Dantiſcana*, cum Exhortatione ad literas bonas, latina & germanica, *Dantiſci* ap. *Franciſcum Rhodum*, 1550. 8. Alia ſcripta particularia, quæ ad hiſtoriam motuum Civilium, cumprimis autem Eccleſiaſticorum faciunt, & in cauſa *Reformatorum*, itemque *Iohannis Arndii, Caſp. Movii, Herm. Rathmanni, Henr. Nicolai, Ægid. Strauchii*, &c. edita ſunt, nec non Conciones varias in coronationibus atque inaugurationibus Regum Pol. aliiſve ſolennitatibus, diverſo tempore editas, lubentes inpræſens prætermittimus. Præ aliis tamen, quæ oculis uſurpare contigit, ſcriptis, notari merentur: **Hiſtoriſcher Außzug von Veränderung der** *Religion* **in Dantzig/** 1651. 4; item **Verbeſſerter Hiſtoriſcher Außzug von Veränderung der Religion in Dantzig/** 1652. 4. Nec non *Ioh. de* TEMPORIBUS **Erleuterung des Hiſtor. Außzugs und Verleitung des verbeſſerten Hiſtor. Auszugs von Veränderung der** *Relig.* **in Dantzig/** 1652. 4. Quibus add. *Formula Concordiæ*, **oder** *Notel* **der Kirchen zu Dantzig/** 1652. 4; nec non **Erörterung der Frage: ob die** *Reformirt***en Kirchen der Dantziger** *Notel* **mit gutem Gewiſſen unterſchreiben können/** 1652. 4 Ex ſcriptis particularib. adhuc occurrit Accuſatio criminalis contra Rebelles, (ut vocat,) *Elbingenſem* ſcil. & *Gedanenſem* in Pruſſia Magiſtratus, *&c.* per *Mich.* FRIDEWALD, Regii officii Inſtigator. *Lublini* 1569. *d.* 23. *Mart.* in generali Regni Conventione propoſita, in 4. *Ejusdem* temerario auſu quoque exiit Narratio germ. de rebus Pruſſicis, duobus

duobus Lib. comprehensa, quorum primus ex *Matthiæ* LAU-
ENTOTTERI Tr. 1454. exararo, translatus est *Cracov.* 1578. 4.
Sed in Commissionis Gedanensis negotio, oppositum ei fuit
scriptum, tribus Lib. absolutum, bonaque fide ab eo, qui præ-
sens Commissioni interfuit, (i. e *Casp.* SCHÜTZIO, Secretar.
Ged.) elaboratum 1578. 4. Non minus *Nic.* SCHULZIUS Apo-
logiam contra *Fridwaldi* calumnias edidit *Magdeb.* 1593. 4. Ad
eadem tempora spectant *Matth* RADECKEN, Secret. Gedan.
(qui postea Socinianorum castra secutus est,) Ursachen/ warumb er
sich von Dantzig wegbegeben/ 1593. 8. Statum Politicum Reip.
Gedanensis vellicant Theses Politico-Practicæ, quas Præside
M. *Manlio*, *Appius Claudius*, Illustri sex & viginti Virali Collegio
offerre fingitur, german. etiam recus. *4to*; quibus oppositæ fue-
runt Antitheses, sine Præside ab *Æmilio Probo*, veritatis stu-
dioso, in lucem emissæ, adiectis quibusdam Problematibus;
quorum occasione iterum prodiit Judicium *Publii Vatinii*, (*Eliæ
Schröderi*, Braxatoris Gedan.) de Problematibus ab *Æmilio
Probo*, Feritatis studioso, propositis ad *Marcum Antonium*,
Brundusium ex castris Cæsaris scriptum. Hoc tamen rursus
exceperunt Castigationes in Judicium *Publii Vatinii* super Pro-
blematibus *Æmilii Probi*, Veritatis studiosi A. 1652. 4. Extat
quoque *Eliæ Constantini* de TREWEN SCHRÖDERI Prodromus
apologetici, contra calumniosas Consistorii Gedanensis offici-
antes, in specie contra *Io. Frider. Lerchenfeld, Ged.* 1672. 4. In Hi-
storia Juris Statutarii Gedanensis insignem operam præstitit Ma-
gnificus Dn. *Joh. Ern.* von der LINDE/ Differt. de Origine,
Libris, & auctoritate Juris Civil. Rom. & Statutarii Gedanens.
Dantisci publicata, 1680. 4; & post illum Magn. Dn. *J.* Klein/
Seren. Duci Mecklenb. à Consiliis, *&c.*, in Diss. Juridica, qua
Convenientiæ Juris Culmensis & Gedanensis cum Jure Com-
muni Saxon, Prutenico, & Lubecensi, in XII. Decades divisæ
exhibentur, Respondentis munus obeunte Dn. *Daniele Godofr.*
Nimsgart/ *Gedan. Rostochii* ann. 1697. in *4to.* Historiam li-
terariam, præter Excerpta ex literis illustrium & clarissimo-
rum Virorum ad *Ioh.* HEVELIUM, studio Dn. *Ioh. Erici* OL-
HOFFII, Secretarii, *Gedani* 1683. 4. publicata, illustrabunt
Lau-

Laurentii GABLERI, Juris Practici & P. Laur. Cæsarei, Elegidia
Epidictica elegantissima, quorundam in Europa Regum, Prin-
cipum, Comitum, aliorumque clarissimorum Virorum, qui in
Civit. Dantiscana, & extra illam olim vixerunt, & adhuc vi-
vunt & innotuerunt, Virtutes & actiones notantia, & ad ex-
pellendas calumniantium iniquitates, cum præf. apologetica ad
Ampl. Magistratum Ged. in lucem emissa A. 1653. 4. Quibus
iungi possunt *Mich.* Kongehls/ *Secretar Regiom.* Immer-grünender
Cypressen-Hayn/ *Dant.* 1694. 8, in quo libro similiter quorundam
Celebrium Gedanensium effigies, eorumque elogia rythmo
germanico exhibentur. Ex aliis Virorum clarorum, famam
publicam hîc promeritorum, Vitis, quæ typis excusæ pro-
stant, videntur huc referri posse: Vita JOH. de CU-
RIIS DANTISCI, Episc. Varmiensis, S. R. I. Princip. & Præ-
sidis terrarum Prussiæ, quæ ex autographo Sconoviano in Bi-
bliotheca Gedan. asservato, edita *Gedani* 1693. 4; Itemque M.
Andr. WELSII Oratio de Vita & morte Jo. BERNARDINI BONI-
FACII, Oriæ Marchionis *&c*, A. 1597. in hac Civit. defuncti, quæ
cum ipsius *Io. Bernard.* BONIFACII Miscellaneis Hymnorum,
Epigrammatum & Paradoxorum, prodiit *Dantisci* 1599. 4: de cu-
ius præterea fatis, lectu digna quædam attulit Clariss. Dn. PRÆ-
SES, *in Triade Observ. ex Hist. Literar. Obs. I.* Sic etiam Dîs Mani-
bus & æternæ memoriæ illustr. Viri, *Io.* HEVELII, COS. Ged.
Mathematici Principis, elegantissimum posuit Cenotaphium,
Illustr. Dn. JO ERN. SCHMIEDEN, t. t. COS. Ged. quod cum
Epistola Eius ad *Ism. Bulialdum*, excusum est *Ged.* 1688. in *fol.*
Pariter ex Memoriis ab *Henningo* WITTENO collectis, & quidem
ex *Memor. Theologorum* hic allegari debent Memoriæ: *Io.* BOT-
SACCI, A. 1647. denati, *Decad. XIV.* p. 1815; *Io.* MAUKISCHII
A. 1669. vita defuncti, *Decad. XIII.* p. 1660.; & *Ægid.* STRAU-
CHII A. 1682. demortui, *Decad: XVI.* p. 2102. Quibus iungi
merentur *Adr.* PAULI Vita ap. *Melch.* ADAMUM, in *Vit. Theol.
Germ.* p. 808; itemque *Abrab.* CALOVII Vita ap. Plur. Rever. Dn.
PIPPINGIUM in *Memor. Theolog. Decad. IV.* p. 108. Ex Memoriis
Philologorum & *Philosophorum* ab eodem Witteno conservatis, ce-
lebrandæ sunt Memoriæ: *Mart.* OPITII, 1639. extincti, P. I.
p. 439; *Io.* MOCHINGERI, 1652. denati, P. 2. p. 136; *Laur.* EICH-
STADII

STADII, A. 1660. mortui, *ibid.* p. 361; & *Henr.* NICOLAI, *eod. A.* defuncti, *ibid.* p. 379. Quibus addatur *Barth.* KECKERMANNI Vita, ap. *Melch.* ADAMUM *in Vit. Germ. Philog. & Philos. p.* 499. itemque *Philippi* CLUVERII, ap. CLARMUNDUM *in Vit. Clar. Vir. P.* 2. *p.* 46. & *J. Pet.* TITII, ap. *Eundem*, *P.* 1. *p.* 200.

§. LVIII.

Thorunensia, Elbingensia *&c.*

Ad monumenta THORUNIENSIS Civitatis priusquam accedamus, memoranda primo statim loco sunt Scripta, quæ occasione famigeratissimi illius, quod *Caritativum* vocant, Colloquii, *Thorun.* 1645. instituti, in lucem publicam emanarunt, qualia sunt: (1. Epistola Synodi provincialis Polon. Varsav. 1643. celebratæ, ad Dissidentes in rebus fidei ab Ecclesia Romana in Regno Pol. Magnoque Duc. Lithvan. qua ad amicum congressum invitantur Thorunium, Ao. 1644. in 4to. (2. Diploma Regis VLADISLAI IV. in hoc negotio publicatum *Vilnæ* 1644. 4. (3. Responsio Ordinum Evangelicorum ad hanc Ep. & Diploma Regium eod. Anno, quæ tria scripta germ. quoque edita sunt 1644. 4. (4. Relatio germanica de Ecclesiasticorum Conventu Thoruniensi, d. X. Octobr. 1644. instituto. (5. Responsum Regium ad libellum supplicem, ab Ordinibus Evangelicis *Orla* scriptum, in quo terminus Colloquii prolongatur in Anni sequentis 1645, diem XXIIX. Aug. eod. A. in 4. (6. Caritativi Pontificiorum in Polon. Colloquii Consilia secretiora, eodem Anno. (7. Literæ Ducis Curland. ad S. R. M. quibus ad Colloquium Caritativum Invitatoriis respondet, una cum Responsione Regia ad easdem, 1645. 4. (8. Consultatio Romana de modis Lutheranos Germaniæ Principes ad Ecclesiæ communionem reducendi, 1645. 4. (9. Judicia quorundam Catholicorum in Polonia, de Reconciliationis in religione Dissidentium impossibilitate, eod. an. (10. *Iohannis Licinii* NAMYSLOVII ad Fratres, Ministros Evangelicos, pro ineunda concordia Paræneſis, lat. & pol. 4. (11. Fraterna admonitio ad Dissidentes in Religione, pol. 4. (12. Copia Literarum, quibus Dissidentes in rebus fidei ab Eccl. Cath. Rom. in Regn. Pol. & M. D. L. ad fraternam cum eadem reconciliationem invitantur, nec non Dissidentium ad easdem Responsum *Dant.* 1645. 4. (13. Orationes habitæ Thorunii a Deputatis d. 28. Aug. Ao. 1645. in 4. *Extract,*

(14. *Extract* eines Schreibens aus Thorn, wie es mit dem *Colloqu. Charitativo* abgelauffen, gestellet den 29 *Nov.* 1645. 4. (15. Entdeckung der Unwahrheiten, welche *D. Jo.* HÜLSEMAN von dem *Colloqv. Charit.* ausgesprengt durch *Constantinum* PRAWDECKI, Samogitien, 1647. 4. (16. Acta Conventus Thorun. ad protocollum Regium, *Varsav.* 1646. 4. impressa. (17. *Hieron. a S.* HYACINTHO, Carmelitani, Idea Colloquii Caritativi cum Dissidentibus, una cum Animadversione in *Joh. Hülsemannum*, Ministrum Witteberg. *Cracov.* Ao. 1646. in 4to. (18. Scripta partis Reformatæ in Colloquio Thoruniensi an 1645, parti Romano-Catholicæ exhibita, *Berolini* ann. 1646. in 4to. (19. Scripta facientia ad Colloquium à Seren. VLADISLAO indictum, cum *Georg.* CALIXTI Considerat. & Epicrisi *Helmst.* 1645. in 4to. (20. Breves Positiones doctrinæ & fidei Aug. Confess. in Colloqu. exhibitæ, lat. & germ. in 4to. (21. *Jo.* HÜLSEMANNI Refutatio germ. Relationis Calvinianæ de Colloquio Thorunensi, *Lipsiæ* 1646. 4. (22. *Ej.* Examen Confessionis Calvinisticæ, quæ sub nomine Ecclesiarum Reformatarum in Polonia & Borussia exhibita fuit in Colloquio Charitativo Thoruniensi A. 1645. excusum *Lips.* 1659. 4. (23. *Georg.* CALIXTI Animadversiones in Confessionem Thorunensem a Reformatis 1645. in Colloquio oblatam, editæ primum in Belgio 1654. 4. & postea correctius *Brunsvici* 1655, 4. Alias iam A. 1595. *Synodus* generalis inter Disſidentes *Thorunii* habita fuit, cuius Acta & Conclusiones seu Canones, prodierunt una cum Actis & Canonibus Synodorum *Sendomiriensis*, *Posnaniensis*, *Cracoviensis*, *Petricoviensis* & *Vladislaviensis*, præcedentibus annis confirmatarum, sub generali tit. CONSENSUS SENDOMIRIENSIS, lat. & pol. *Thorun.* 1596. 8; quæ typis lat. repetita sunt *Heidelb.* 1605. 8, & germ. *Amberga* 1605. 4, ut & novissime germ. & lat. per Dn. *Samuel.* STRIMESIUM, S. Theol. D. & Prof. Ordin. Acad. Francofurtanæ, *Berol.* 1704. 8, ac præterea inserta reperiuntur Libro, qui inscribitur *Corpus & Syntagma Confessionum fidei, quæ in diversis regnis & nationibus, Ecclesiarum nomine fuerunt authentice edita*, *&c.* *Genevæ* 1654. 4, *Part.* 2. quæ habet Augustanam.

Confessionem *&c. p.* 21, *seqq.* Hoc tempore simul prodierunt Scripta duo de causis ac remediis dissensionum & turbarum in religione, cum præf. ad Proceres Regni Pol. 1596. 8. itemque *Benedicti* Morgenstern / Pastoris Grudentini in Prussia, Tr. de Ecclesia, ubi præter alia ad historiam Ecclesiasticam, Civitatum Thorunensis & Elbingensis facientia, quædam adferuntur de Calvinistarum Valdensiumque Ecclesiis, & harum in religione consensu, Sendomiriæ in Polonia A. 1570. fabricato, qui Tr. prodiit *Francof.* ann. 1598. *in 8vo.* Memoratis scriptis pauca quædam alia iungimus, quibus res Thorunensium maxime notabiles sistuntur. Inter hæc elegans Oratio est *Conr.* THAMNITII, Prof. Thor. de Constantia Thoruniensium in obsidione probata, quæ prodiit *Thor.* 1651. f. Sic & vetus novumq; Thorunium germanicis rythmis descripsit *Iacob.* Herden / Juris Practicus, editque *Thorunii* 1688. *fol.* Patrocinium pupillorum ejusd. Civit. ab *Henr.* Strobandt / Sen. COS. in lucem datum fuit *Thor.* 1605. 4. Novæ scholæ Torunensis Ratio doctrinæ & disciplinæ, conscripta a M. *Matthia* BREU, Scholæ eiusdem Rect. impressa est *Dantisci*, ap. *Jacob Rhodum*, 1568. 4, ubi Leges quoq; adiectæ sunt. Aliquot annis post prodierunt Orationes X. quarum aliæ in Actu Examinis Anniversarii, aliæ in Inauguratione novæ Curiæ, eiusdemq; operarum inchoatione, habitæ sunt in Gymnasio Thorun. 1594. 4. Similiter Gymnasii, ac Oeconomiæ scholasticæ Thoruniensis, Institutum & Scopus, sive Kurtzer Bericht von der Schul und *Oeconomie* zu Thoren in Preussen. 4. exc. habetur. In obitum Cl. V. *Conr.* GRASERI R. Gymn. Thor. solertiss, *&c.* extat Oratio prosa & versa, habita d. 24. *Octob.* 1630, quæ cum præmisso Programm. Scholarcharum, & adiectis Docentium aliquot & Discentium Carminibus excusa est *Thorun. eod. ann.* 4. Speciatim prodiit ad Viros Doctos, Provocatio a decreto abdicationis Thorunensis, M. *Ernesti* Königs / Thor. Gymn. ab A. 1667. Rectoris, *Sedini* 1683. 4. De Notabilibus & Curiosis quibusdam Thorunensibus egit B. *Georg.* WENDIUS, in Exerc. *Thorunii* d. XVII. Jul. M DCIIIC. certis thesibus proposita, in quarum decima notatur, Tabulas cereas, quæ in Biblioth. publica ibidem asservantur, Ciceronis non esse, secus

secus ac *Ferd. Neoburgus* (*Eph Cur. P.* 2. p. 172.) aliique in Itinerariis suis retulerunt. Præterea Catalogus Presbyterorum Thorunensium ab initio Reformationis 1554. usq; ad 1671. præfixus est *Postillæ Evangelico-Catecheticæ Joannis* Neunachbahr / Ecclesiar. Thorunens. Sen. & ad D. Mar. Pastor *germ.* publicatæ *Francof.* & *Lipsiæ* 1675. f. In *Stan.* Hosii *Opp. T.* 2. f. 61. habentur Eius Relatt. de Actis cum Thorunensib. A. 1551; it. f. 70. de Actis cum Elbingensib. 1553; porro *f.* 85. de Actis cum Graudentinensibus 1556; & *f.* 92. de Actis cum Braunsbergensibus 1564. *Fol* 102. denuo de Actis cum Elbingens. 1565—1568. quædam habentur, ubi etiam alia plura leguntur, quæ ad historiam Elbingensium faciunt. Huius vero Civitatis ELBINGENSIS, historiam Ecclesiasticam iuxta ac literariam insuper illustrabunt: Scriptum germanicum, cui titulus, Offenbahrliche Nachricht wegen etlicher Sachen zum *Religions* Wesen in der Elbingschen Kirchen gehörig / und zu wissen nohtwendig / 1663. in 4*to*, in quo Tract. res cum *Christoph.* FEIERABEND O, Pastore, occasione Syncretismi Dreieriani, *ibidem* gestæ exponuntur; Item duæ Orationes, habitæ in Gymnasio Elbingensi, in Nova Constitutione Scholæ A. 1598, & in Dedicatione novi ædificii scholastici, Ao. 1599. à M *Joh.* MYLIO, Scholæ Rect. *Dantisci*, A. 1600. in 4*to* excusæ; Nec non J. P. D. h. e. *Joach.* PASTORII Doct. Oratio honori literarum & memoriæ posthumæ duorum Gymnasii Elbingani Rectorum, *Joann.* & *Michael.* MYLIORUM, Patris & Filii, dicta *die* XX. *Jun.* M DC LII. *Elbingæ* typis *Correllianis* impressa. Qua occasione ex eodem *Achatii Corellii* chalcographeo prodierunt: Epicedion gloriæ & memoriæ Clariss. Viri *Mich.* MYLII sacrum, auctore *B.* VOIDIO, Ecclesiæ ibidem Pastore; itemque Charis funeralis a Gymnasii Elbingani nonnullis sive Professoribus, sive Docentibus atq; Amicis, charitatis Christianæ & Collegialis quondam nexus ergo, superinducta tumulo Amplissimi Viri, Dn. *Mich.* MYLII, Rectoris bene meriti. Ad recolendum Elbingensis Gymnasii Natalem, qui incidit in XXIV. *Novembr.* A 1689, Officiosissima extat Invitatio, Interprete M. *Ernesto* König / Rect d. A. in 4.

Ex *Frider.* ZAMELII Variis, quibus patriam illuſtravit, Poëmatibus, iunctim editis, nobiſque ſupra, cum de Poëtis ageremus, recenſitis, præter laudem Druſidos ibidem notatam, nominanda quoque eſt Druſis gemmifera, ſive Gemmarum *Elbingenſ.* Detectio, carminice 1635. 4, cui Gemmarum Mango in proſa annexus eſt. Nec prætereundum eiusdem Epulum rurale (quod vocat) *Euthalii*, ſeu Deſcriptio Paſcuorum *Elbingenſium*, ubi quotannis epulo rurali, à Prætore annuo, Magiſtratus loci excipitur. Juvenilis labor fuit Dn. *J.* NAGELII, Profeſ. hodie Elbingenſ, quem *Illuſtris Elbinga Topographiam, calamo poëtico delineatam* inſcripſit, atque *Regiom.* 1698. 4. publicavit. Ex reliquis Pruſſiæ Civitatibus, MEVAM, parvam Pomerelliæ civitatem, obſidione Polonorum liberatam, ductu Guſtavi Adolphi Reg. Sveciæ, cum aliis Poëmatibus Svedo-Borusſicis, Moſchoviticis & Miſcellaneis, edidit *Jo.* NARSSIUS, *Anaſtaſii* Fil. *Dordraco-Batavus, Stockholmi* 1627. *4to.* Sic & CHONECIÆ (quæ *Cromero* Choinicia, vulgo *Conitz* dicitur) Conſtantiam, Ordini Equitum Teutonicorum Marian. variis bellis probatam, & tandem priſtino hæredi redditam, peculiari Diſſertatione ventilavit Dn. M. *Mart.* BÖHM, Prof. Thorun. Reſp. *Sim. Andr. Poltzin, Chonecenſi, Thorunii,* Anno ultimo ſeculi XVII in *4to.*

COROLLARIA.

I. Momentum moriendi contra Platonem alioſq; recte non ad mortem, ſed vitam refertur.

II. Nemo amat alios, niſi propter ſuam felicitatem.

III. Non datur Jus Gentium â jure naturali diſtinctum.

IV. Judex nec ſecundum Leges tantum, neque ſecundum Acta tantum, neq; ſecundum Conſcientiam tantum ſententiam ferre debet.

V. Chriſtiani Abesſini diem Sabbathi Dominicæ iungunt, non judaizandi gratia, ſed in præmunimentum obſervationis Dominicæ: quanto magis oportet Chriſtianos Evangelicos, interque eos Barbitonſores, Sartores, Sutores, *&c. tota die Dominica operis, quinimo* Studioſos *etiam ſtudiis abſtinere.*

VI. Qua ratione Miniſter Eccleſiæ tenetur reticere, quæ in Confesſionis actu ſibi concredita ſunt, eâdem etiam, quæ extra eum, non tamen ad tormenta & mortem uſq;.

ADDEN-

ADDENDA & CORRIGENDA.

Pag. 3. *in fin.* § *III. Add.* Solet etiam allegari *Sim.* STARAVOLSCII Lib. de Epiſc. Cracov. *fol.* qui tamen à nobis viſus non eſt, ut nec alius SCORBISSEVII de Vitis Archi-Epp. Halicienſ. & Leopol. *Leop.* 1528. 4.

P. 4. *lin.* 3. *post verba*: de Rebus Pol. *Add.* quæ Sylloge conferenda eſt cum Exercit. Chwalkovio oppoſita, infra p. 76. allegata.

P. 5. Scriptoribus univerſalib. addi poſſunt *Mart.* POLONUS, *Melch.* GOLDASTUS, *Adolph.* BRACHELIUS, *Chriſt. Adolph.* THULDENUS, *Frid.* HORTLEDERUS, *Henr. Anshelm* ZIEGLERUS, *&c.*

P. 7. *l.* 30. *corr.* Matthiæ. *P.* 9. *l.* 22. Gudicani, Boruſſi, Liber cum Mappa Geograph in 8*va*, ut vocant, forma prodiit.

P. 12. *l.* 9. Paprocii opus in aliis Catalogis hunc titulum gerit: *Herby Rycerſtwa Polskiego*, Libris V.

P. 16. *l.* 10. *Add.* itemque *Regiom.* ap. *Paul. Nicolai* 1658. 4.

P. 18. Chronographis poſt Cromerum iungi debet *Mart.* BIELSCII Chronicon, polon. *Cracov.* 1597. f.

P. 20. *in Margin.* Sigiſmundus I. ante Sigiſm. Aug. poni debet. *Ib. in fin.* §. XIV. *Add. Curieuſer* Geſchichts-Calender des Königr. Pohlen/ ab Anno 1500 — 1697. *Lipſ.* 1698. 8. Itemque ſpeciatim ELISABETHÆ Reginæ Pol. (quæ R. Caſimiri IV. uxor, non ſolum 4. Regum mater fuit, ſcil. Vladislai, Hung. & Boh. Regis, Johannis Alberti, Alexandri & Sigiſmundi I. Regum Pol. ſed etiam illos regnantes vidit,) Schema genealogicum *&c.* Diſſ. hiſtor. Politica, *Thorunii* adumbratum à G. WENDIO XI. Aug. 1700. in 4.

P. 21. *l.* 1. *lege* Similiter. *ib. l.* 12. poſt Dobrom. 1611. *add.* in 8.

Ib. l. 16. *Verba*: Verum nec *&c. corrige*: Sed in hac poſteriori editione nonnulla deprehendi omiſſa ex iis, quæ in edit. Dobromilenſi inveniuntur, Chwalkovius notat. Id certum eſt, ad Annalem IV. aliqua pertinere, ac iis, quæ in Dobromilenſis & Gedanenſis editt. Annali IV. habentur, præmitti debere, quæ ex ipſius Autoris ſcripto exemplari reſtituta apud nonnullos extant. *P.* 22. *l.* 32. *lege* editis.

P. 24. *lin.* 7. Adiicimus loca, quæ in plerisque LUBIENSKII Operibus Omiſſa fuerunt nempe *F.* 131, *in fin. poſt verba*: *In maximo eſſent periculo, ſequentia inſerenda ſunt*: Viri aliquot Illuſtres, quorum nominibus parcendum cenſeo, turpi, Rege inſpectante, fuga famam & exiſtimationem ſuam fœdarunt. Nec unus ex præcipuis Proceribus, Vir alioquin clarus, & in bellis feliciter verſatus, conceptæ de ſe exiſtimationi eo die reſpondit: nam cum Regii agminis & earum cohortium, quæ cuſtodiæ Regiæ attributæ erant, adeoque Regiæ ſalutis tuendæ munus in ſe ſuſcepiſſet, turbatis rebus, nec nutantes cohortes ſuſtinuit, nec omnino ea cura, qua opus erat in tuenda Regia ſalute, verſari viſus eſt. Sed utcunque tum alea prælii ceciderit, ſciat poſteritas, cui hæc ſcribimus, Regem Regiumque exercitum in maximo fuiſſe periculo ob diſcordiam Ducum, deſertum Regem pene ab omnibus & præcipuos quosque ſuæ potius quam Principis ſaluti turpiter con-

ſuluiſſe. *F.* 199. *lin.* 18. *lege:* factum eſt, ut *Lubomirſcio*, nondum exauctorato milite, ab eius regimine amoto, curaque exercitus in alios translata, coiret nefaria conſpiratio *&c. Ibid. lin.* 22. *poſt poſſent, Add.* Sero admodum monitus Lubomirſcius, ut natæ iam & adultæ conſpirationi iret obviam, ſed ſegniter id quoque ab eo ſuſceptum negotium tractatumque multi credidere. *F.* 240. *lin.* 35 *poſt gerebatur; ita lege:* Nec eæ vires belli moderatoribus, quibus hoſti pares eſſepoſſent ſuppeditabantur. *F.* 458. *lin.* 32, *poſt verba: aliter conſulere cogamur; in altera editione ſequentia ſic ſe habent:* Quanquam adhuc incertum eſt, utrum ſyncere is hoſtis pacem offerat, an vero diuturniore armorum ſuſpenſione bellum eo fine ducere cogitet, ut nos ſumtibus, quos in alendo exercitu erogare cogimur, exhauriat. It Serenisſimus Rex obviam hoſti, ex re & occaſione conſilium capturus. Nullam certe gentem commodius & facilius aggredi Turca poteſt, quam Regnum Poloniæ, in quod quotiescunque libet, non ſolum Europæum militem, quo ipſius exercitus robur conſtat, ſed & Tartarorum ingentia agmina, iunctis Tranſylvanicis, Moldavicis. & Vallachicis copiis quin effundat prohiberi non poteſt; nulli montes arcent, nullæ arces obſtant, quæ impetum ipſius vel remorentur vel ſuſtineant. Quodſi exercitum dividere illi libuerit, nos totis viribus uni parti vix pares, ab altera impune graſſante opprimeremur: hoſtis vero etiamſi ſemel victus fuerit, non magno ſuo detrimento alterum exercitum facile reparare poteſt, & bellum multis continuare annis. Hi ſunt metus noſtri, hæ periculorum cogitationes, quæ & Seren. Regis noſtri heroicos pro Rep. Chriſtiana conatus, & militiæ Polonæ ſæpius felices auſus cohibent, ne plus conemur, quam posſimus, ne aliis bellis, quibus conſpiratione hæreticorum, & eorum qui illis favent, appetimur, obruamur, Hoc ipſo anno — poſcit conditiones. Sed ego privatis rebus — *usq. ad fin.*

P. 25. *l.* 22. *Add.* Eiusd. Petricii ſtudio prodiiſſe legimus Principem Polonum, *Crac.* 1633, 4 & Comitia ſapientum *ibid.* 1628. 4

P. 27. *in fin. Add.* Tumultuum Coſacicorum à morte Vladislai R. laudatus *Bailius*, præterea meminit in Cogitat. diverſis, occaſione Cometæ, qui 1680 apparuit, gallice exaratis, *T.* 1. *p.* 77. *ſeqq*

P. 28. *l.* 24. *corr.* BEAUIEUSII. *P.* 29. l 9. *lege* d'un Roy.

P. 32, *l.* 22. *poſt* acciderunt, *Add* Uterque Tr. ſeorſim prodiit *Francof. ap. Andr. Wechelum* 1578. 8. *Ib. l.* 30 *lege* DUCE. *P.* 33. *l.* 26. *corr.* CHOISNYN.

P. 37. *ſub init.* §. *XXIV. add.* Scriptum illud, cui tit. *Ordinum R. Pol. &c. Legatt. Epiſt. Reſponſ. &c.* prolixe recenſetur in *Bibl. Antiqua* 1705. *Jenæ in 4to, pag.* 225.

P. 38 *lin.* 22. *add* De Eiusdem Serenisſimæ Principis Exequiis Thorunii Boruſſ. d. XVI. Jul 1636. celebratis extat Relatio, *ibid. in 4to* excuſa, una cum monumento Sepulchrali, quod Vladislaus IV, Amitæ erigi fecit. Quo tempore ſimul Carmina quædam publicata ſunt à Docentibus in Gymnaſio Thorun., *ib. f* nec non Panegyricus, autore *Mart.* OPITIO, *ib.* 1636 f

P. 39 *lin* 31. *add.* Eiusdem Seren. Regis ſolennis, in urbem Thoruniam Ingreſſus, deſcriptus *Thor.* 1635. f.

P. 42. *lin.* 30. *poſt Orat.* Mochingeri *add.* Hoc tempore quoque A. J. M. (*Ad. Jac.* MARTINI) Carmina quædam germanica edidit de Ceremoniis in memorata Civit. tum obſervatis, *Ged.* 1649. 4.

P. 44. Carminibus in JOH. CASIM. editis, addi debet *Joach.* PASTORII Poëma Conſolatorium, ſcriptum, cum poſt ingentes calamitates, Rex quaſi ab exilio, Gedanum ex Sileſia 1656. veniſſet, quod Stellæ *Eius* Aureæ, *Dant.* typis *Rhetianis* 1680. 8. recuſæ eſt adiectum. *Ibid. lin.* 27. *lege*, Mowca.

P. 48. *lin.* 4. *lege*, ſacramentum *Ib. lin.* 9. *add.* Quinque illa memorata Carmina, cnm duobus aliis, reperiuntur in *Eiusd.* Noct. Poetic. Manipulo, *Dant.* Ao 1684. in 12*mo*. *Ibid. lin.* 12, *lege*, Carmine heroico adumbrata *Ibid. lin.* 17. *poſt* Joanni III, *add.* poſt redditam Orbi Polono, triumphato Oriente, pacem, Gedanum auſpicato ingredienti. *Ibid. lin.* 33. *poſt* celebratæ ſunt, *add.* oratione publica.

P. 49. *lin.* 6. *add.* In Chwalkovii Singularibus Pol. p. 42. *ſeqq.* ſimiliter in huius victoriæ laudem quædam occurrunt. Alias ſummæ Eiusdem Glorioſisſ. Regis cedit laudi Firmamentum Sobieſcianum a. b. m. Dn. *Joh.* HEVELIO in cœlo erectum, ſcriptoque illuſtratum *Ged.* 1690 *f.*

P. 52. *lin.* 27. *corr.* 1642. *Ibid. in fin.* §. XXIX. *add.* Oratio Palatini WOLYNSKI Dni in JABLONOWSKI, Legati primarii, quæ ad Regem novisſime electum habita eſt d. XIII. Julii, impr. *Cracoviæ* Ao. 1697. in 8*vo*. Item Mars Saxoniæ triumphans ſuper aureo Poloniæ pomo, à tot Principibus affectato, *Varſav.* 1697. 8.

P. 57. *in fine* §. *XXX. add.* Laudatio funebris *Mart.* OPITII in obitu Illuſtr: Dn. FABIANI L. B. a CEMA, Caſtellani Culmenſ. *Thor.* 1630. in *fol.* Inter laudati Opitii Poëmata quoque *Part.* 2. *p.* 721. habentur Epicedia lat. & germ. in obitum CATHARINÆ, Ducis CORECII Filiæ, ANDREÆ LESCINII Coniugis. Pariter huc facit *Stanisl.* BIEZANOWSKI, *Leopolienſis*, in funere Illuſtr. Dn. GEORGII Ducis in OSSOLIN, ſupremi R. P. Cancellarii, *&c.* Panegyricus, cui tit. Pericles Sarmaticus, *&c. Crac.* Ao. 1650. in *fol.*

P. 62. *lin.* 7. *lege*, Illuſtr. *Ibid. Lin.* 21. *add.* Sermone ligato.

P. 63. *lin.* 12 *lege*, in laudem.

P. 64. *ſub init.* §. *XXXV. add.* Memorabilia belli Svecici in Polonia, ab Ao. 1655—1659. geſti, ſatis prolixe exhibentur à *Chriſt. Adolph.* THULDENO P. 2. & 3. germ. translat. 1661. 12.

P. 65. *lin. ult. poſt* Bydgoſtienſia, *add.* ſive Velavienſia.

P. 66. *lin.* 19. *lege*, de Anno 1655.

P. 67. *lin.* 12. *Verba illa:* à CR. Munerario, *ita forte diſtinguenda ſunt:* à CR, munerario *Guil.* SERLINO, i. e. munus offerente Serlino.

P. 72. *lin.* 12. *poſt* Brombergæ, *add.* quæ Civitas eſt, Polonis *Bydgoſt* dicta.

P. 73. *lin:* 3. *poſt* 1666. *add.* in *fol.* *Ibid. lin.* 8. *corr.* KOMORMICKI

P. 75. *lin.* 6. *lege*, DANOVAE. *P.* 78. *lin.* 11. *lege* Sczuczin.

P. 80. l. 1. *add.* in fol. *Ibid. l.* 25. *corr.* ZELECHOWSKI.

P. 81. *lin.* 16, *post* 12mo, *add.* & *Cracov.* 1644. 8.

P 87. *lin.* 2, tolle punctum.

P. 90. *lin.* 4. *adde:* Monumenta quædam Poloniæ, præter *Sim. Starasolscium*, supra allegatum, illustrat b m. Dn. *Mich.* TESSIN, Civitat. primar. Scabinus desideratiss. in Inscriptionum Monumentis publicis, *Gedani* Ao 1696. in 8vo evulgatis, *p.* 95, ubi quoque *p.* 115. exhibentur Oratt. VI. ab exterorum Principum Legatis in Comitiis R. P. generalibus 1683. solenniter habitæ.

P. 90. *lin.* 21. *post* p. 363. *add* Jam antea vero *Hercules* SAXONIA, *Patavinus* Prof. de Plica, quam Poloni Gwozdziec, Roxolani Kolthunum vocant, Librum scripserat ad Jo. Zamoyski R. Pol. supr. Cancell. impr. *Patav.* 1600. in 4to.

P. 93. *lin.* 22. *add.* Hæc Hist. Confœd. *Clem.* POLO à nonnullis tribuitur.

P 95. Ecclesiasticæ historiæ scriptis forte annumerari debet *Adalb. Gabr.* SLAWOSZ Vox catelli pastoritii penes ovile Christi, *Oliv.* 1679. in 8vo, quod tamen oculis cernere non licuit; Item *Andr.* CRICII, Episc. Premisl. (de Lutheri Schismate) Epistola ad Sigism. Pol. Reg. & Edictum Regis Pol. in Lutherum, quæ prodierunt cum Sermone *Barth.* ab USINGEN de Matrimonio Sacerdotum, *Argent.* apud *Joh. Hervag.* Ao. 1523. in 8vo.

Ibid. lin. 23. *lege*, indicare. *Ibid. lin.* 29. *add.* Vitam STANISLAI *Sancti* exhibet etiam *Laur.* SURIUS in Vitis Sanct. *T.* 2. *p.* 634: De eius Canonizatione prolixe egit *Joh.* DLUGOSSUS *Lib. VII. Hist. Pol. Tom.* 2. *ad Ann.* 1253. *fol.* m. 117. STANISLAI KOSTKÆ Vitam *Franc.* SACHINUS scripsisse dicitur.

P. 96. *in Marg. lege*, illustrantes. *Ibid. lin.* 34. *lege*, reperitur. Num. XV,

P. 97. §. L. Potuisset etiam Curlandiæ mentio iniici, cuius gentis Originem & mores duabus Differtt. recensuit M. *Sam.* RHANÆUS, *Gremsdena-Curlandus*, Vitenb. 1683. 4. Resp *Joh. Christo. Ernesti*, *Thuringo.*

P. 103. *lin.* 18. *lege*, Regiomonti.

P. 106. *in fin.* §. LIV. Utinam vero Delicias suas Antiquitatum Pruffic. nobis dedisset *M. Matthæus* PRÆTORIUS, *Memelens.* cuius Operis Syllabus materiarum ante plures annos una plag. cum dimid. in 4. lucem adspexit.

P. 115. *lin.* 5. *corrige* 1643. in 4to.

P. 116. *lin.* 12. *add.* Carmen, quod Illustr. Dn. *J. E.* SCHMIEDEN ad B. D. Maukisch, cum secularis Lycei annus celebraretur die III. supra X. Junii, scripsit, excus. *Gedani in fol.*

P. 122. *l.* 11 *add.* Et cum Memoriam assertæ fidei & constantiæ d. XVI Febr. 1653. Civ. Thorunium celebraret, XVI. Anagrammatismos idem Thamnitius publicavit *ibidem in folio.*

Ibidem lin. 29. *add.* Memoriæ Ernesti Königii Orationem Thorunii 1698. habitam ibique in f. editam, dicavit *Jo.* CZIMMERMAN, *Thorunens.*

****

INDEX

INDEX PRIMUS

RERUM *sive* TITULORUM

qui in hoc Schediasmate illustrantur.

R

Joh.


Herm.

INDEX SECUNDUS
AUCTORUM
quorum scripta recensentur.

Luc.

Dan-

SOLI JEHOVAE HONOR!



Hist. Polon.
in general.

